

1002

MARTIN BUCER aux Pasteurs de Strasbourg.

De Ratisbonne, 16 juin (1541).

Inédite en partie. Copie contempor.<sup>1</sup>. Bibl. de St-Gall.

(EXTRAIT)

...In eo hærent res : *In utraque parte sunt qui toto corde omniem consensionem fugiunt. Imperator cum paucioribus concordiam querit.* Externam pacem omnes clamitant, sed qui ullam ejus rationem adferat est nemo; nec video quæ adferri possit, non graviter oblasura ecclesias. Tamen libet et annitimur pacem facere extra Christum. *Calvinus institit diu ut rediret; equidem meo sententia maluissem eum retinere*<sup>2</sup>. *Miserum enim, cum diu plerique hic frustra hæserint, tum abripere se cum primùm instituitur justa consultatio*<sup>3</sup>. Acta enim in concilio contractiore<sup>4</sup>, ad Status nuper relata, nudius tertius primùm a Statibus descripta sunt. Hodie vel cras incipient consultare Status. *Bonorum ecclesiasticorum et licen-*

<sup>1</sup> Oporin en donne un extrait dans sa lettre à Vadian du 1<sup>er</sup> juillet.

<sup>2</sup> Calvin rentra le 25 juin à Strasbourg, d'où Bédrot écrivait le 27 à Simon Grynéus : « S. Quid Ratisbonæ agatur, ex epistola ista bene longa Buceri ad te facillè intelliges. Eam Calvinus postridie Joannis attulit.... Putat Calvinus pacem solidam minimè expectandam a Cæsare, imò talem nunquam posse sperari, nisi in religione conveniat et in reformationem consentiatur. At quando id futurum existimas?... Redierunt domum Brentius, Musculus, Frechthus, Vitus Norimbergensis; abiturit etiam Cruceiger. Hæssus item abiit bona pace Cæsaris... »

« Cum Calvino nihildum agere potuimus de vocatione Genevensi. Per nundinas hic manebit, ob Gallorum frequentiam qui huc commeare solent et audire concionantem sua lingua » (Copie de la main d'Oporin. Bibl. de Saint-Gall).

<sup>3</sup> Les *Calvini Opera*, XI, 250, reproduisent un fragment de la présente lettre, lequel se termine ici.

<sup>4</sup> C'est-à-dire, dans les conférences qui, depuis le 11 mai, avaient eu lieu entre quatre *collocutores* seulement : Bucer, Mélanchthon, Pflug et Gropper.

La lettre de Calvin à Farel écrite vers le 6 juillet (N° 1008) reprend le compte rendu des actes de la Diète au point où il l'avait laissé le 12 mai (N° 976). Les nouvelles qu'il avait omises dans sa lettre du 9 juin (N° 997)

*tie carnalis studium multos valde alienos à concordia facit.* Dominus adsit nobis! *Turcæ* dicuntur adventare, soluturi *obsidionem Budensem*, postquam *nostri*, non parvo damno in oppugnatione una quam tentarunt accepto, pares non erunt. De auxiliis ferendis consultatur, et jam tertiam partem auxilii ante dati dare quidam consenserunt. Maxima nobis impendent mala. Dominus doceat pœnitentiam et nos sibi contradere totos! V.[alete.] 16 Junii.

(*Ex literis alterius amici :*)

*Philippus* et *Bucerus* jam in eo sunt toti, de abusibus ea quæ conscribunt, *Cæsari* ut offerantur<sup>5</sup>. *Landgravius* præ se fert summam constantiam. Is manu sua propria conscripsit quosdam articulos à suis defendendos et mordicus tenendos. *Papa* in *Germanias* misit *mirabiles indulgentias*, quarum formæ ad valvas habitationis Palatiique *Cæsaris* affixæ sunt gallicè et latinè. *Papa* tandem gratis vult indulgentias mittere ad *Germanos*, ut si singulis feriis 2. 4 et 6. jejurent, orent et confessi communicent, ut tandem *Germania* a *Lutherismo* liberetur. Durabunt autem istæ indulgentiæ non ultra mensem, quia æreæ et gratuitæ sunt, non aureæ et nummatæ.

## 1003

CHRISTOPHE FABRI à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Thonon, 17 juin 1541.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. *Non possumus non maximas agere gratias optimo Patri nostro*

peuvent être suppléées soit par les *Melanthonis Epp.* IV, 280-403, soit par la lettre de *Bédrot* du 13 juin à *Myconius* et à *Grynæus*, où nous lisons ce qui suit : « Pridie Ascensionis (25 Maii) *Colloquium* est conclusum et oblatus est *Cæsari* liber qui à principio collocutoribus propositus fuerat.... *Cæsar* librum accepit clementer (8 Junii) et jussit ut etiam *abusus*, si qui sunt in Ecclesia, colligerent et scripto sibi offerrent... *Bucerus* ad nos scribit, nihil esse admissum quod non oportuerit ; tamen ad reformationem omnia esse suspensa... *Brentius* rediit. Statim *Calvinus* etiam remittetur et *Frechtus* » (Mscr. autogr. Bibl. de Zurich. Cal. Opp. XI. 237-238).

<sup>5</sup> Voyez la fin de la note précédente.

*pro novissima hac peregrinatione tua*<sup>1</sup>, Gulielme quàm charissimè, quam ex *Vireto et Fatone miræ frugis futuram audivimus*, et ita ex divina providentia speramus. Quæ *istic*<sup>2</sup> nuper mihi commissa fuerant conatus sum expedire, quamvis tardiuseculè, ob varia quibus detinebar negocia. Res tamen bene cedit, quòd Do.[mini] *Viretum* sinant *Genevæ* semianno adhuc agere. *Calvinum* quoque *proximo mense venturum accepi*<sup>3</sup>. *Tantum desiderantur viri pii et docti ad restituendum Collegium*<sup>4</sup>.

*Valesani* quotidie appropinquant veritati<sup>5</sup>. *Egidius* bibliopola *Seduni*<sup>6</sup> palàm distraxit quotquot gestabat libros evangelicos. *Delatus est tandem apud Episcopum*<sup>7</sup>, sed is liberum abire permisit et publicè dividere. Sunt ex iis præstantissimi, quorum numerus augetur quotidie<sup>8</sup>. Jamdudum illic prohibita sunt obmurmurationes supra tumulis, *libera me* et id genus nugæ circa mortuos. Discurrunt *gratuitæ Pontificis indulgentiæ*<sup>9</sup>, pro quibus 3 diebus jejunandum est ad perfectam absolutionem et fidei ac religionis

<sup>1</sup> Allusion au grand voyage accompli par *Farel* à Bâle, Zurich, Schaffhouse et Strasbourg, au mois de mai, en faveur des Évangéliques de France. Les éditeurs des *Calvini Opera*, qui ont reproduit le premier paragraphe de la présente lettre, supposent (XI, 241), mais à tort, croyons-nous, qu'il s'agit d'un voyage que *Farel* aurait fait à Berne, pour obtenir que *Viret* restât à Genève.

<sup>2</sup> Nous ignorons pourquoi *Fabri* s'était transporté dans le comté de Neuchâtel, pendant l'absence de *Farel*. Si le mot *istic* a été employé abusivement pour *illic*, la liaison de cette phrase avec la suivante serait plus naturelle.

<sup>3</sup> A comparer avec la fin du N° 997.

<sup>4</sup> *Charles de Sainte-Marthe* n'étant pas revenu de France (N° 968, n. 4-5) et la négociation avec *Claude Budin* ayant échoué (N° 956, n. 5), *Viret* présenta au Conseil de Genève, le 17 mai, un régent « assez suffisant pour lire la grammaire. » Il fut admis, en qualité de sous-maitre, et, après le refus de *Mathurin Cordier* (N° 1000), le Conseil décida, le 17 juin, d'accepter un personnage envoyé par *Farel*, et que celui-ci avait probablement vu à *Strasbourg*. On lit, en effet, dans le Registre du Conseil du 20 juin : « Maître *Sébastien Chatillion* (Voy. p. 56, n. 7; VI, 376, 377, 400) et *Estienne Roup* hont esté admys pour régent... et hont promys et juré. »

<sup>5</sup> A comparer avec la lettre de *Thomas Platter* du 12 juillet 1538 (V, 46-50).

<sup>6</sup> Nous ne connaissons pas le nom de famille de *Gilles*, libraire ou colporteur de livres à *Sion*.

<sup>7</sup> *Adrien de Riedmatten*, t. V, p. 47, notes 5, 6.

<sup>8</sup> Voyez t. V, p. 48, note 9.

<sup>9</sup> Voyez la fin de la lettre précédente.

antiquæ conservationem. *Pontifex jurejurando strictissimè eos adjuravit, ne unquam ab antiqua hac lege distrahi se patiantur.* Arbitror commune fuisse omnibus Antichristi cornibus (*sic*) hoc novissimum jusjurandum, quo sibi maximè timere apparet, et nunc (ita faxit Dominus!) ad summum consensus fastigium in extremum proximè diruendus abyssum.

*Nos gratia Domini satis pacificè perginus non sine fructu et adversariis periculosissimis,* quibus Dominus ipse sua prudentia miris resistit modis, ut in dies experiamur suum esse opus, quod potens sit perficere. Fuit quidam *Friburgensis*, olim militum Centurio <sup>10</sup>, cui [l. qui] apud *Crosille* <sup>11</sup>, duobus miliaribus prope *Genèram*, in quodam cœnobio quod vocatur *Pommier* <sup>12</sup>, superiori anno, ob raptam alterius uxorem in fornicationem, verbera passus, novissimis hiscæ (*sic*) diebus collectis ferme 600 militibus, *Aquiannum* <sup>13</sup> jussit appellere, quos <sup>14</sup> prope dictum cœnobium expectabat. Hi volebant *hac* transire; sed Dominus *Praefectus* <sup>15</sup> diligentissimè restitit eis, adeò ut per montes *Valesanorum* ac *Fosciniensium* eos transire oportuerit, atque tandem cœnobium invaserunt, omnino id vastandi animo <sup>16</sup>; sed repulsi sunt atque confusè redierunt, aliquot captis. Ille verò, horum dux, qui se eos in ministerium *Regis Gallie* ducturum promiserat, fuga sibi salutem quesivit <sup>17</sup>. Hac verò impostura delusè, in reditu arma sua vendere coacti sunt ad parandum sibi victum. Hæc indicare volui, ob rumorem quem istuc usque præposterè sparsum arbitror, quum et *hic quoque jam gaudio perfundebantur impii, quasi Messias eorum cum missa esset pro foribus* <sup>18</sup>.

<sup>10</sup> Il s'appelait *Ulric Koung*, surnommé *Hutmacher* (le Chapelier).

<sup>11</sup> Aujourd'hui *Cruseilles*, petite ville à 3 l. N. d'Annecy.

<sup>12</sup> La chartreuse de *Pommier* est située à 3 l. S. de Genève, au pied des dernières pentes du Grand-Salève, du côté du couchant.

<sup>13</sup> *Évian*, qui appartenait aux Valaisans.

<sup>14</sup> Dans l'original : *quos Cha*. Cette dernière syllabe, qui commence le mot *Chapelier*, a été biffée.

<sup>15</sup> Le bailli de Thonon, *Nicolas de Diesbach*.

<sup>16</sup> C'est dans le même dessein que les gens soudoyés par *Sébastien de Montfaucon*, dernier évêque de Lausanne, avaient assailli le prieuré de *Ripaille*, en février 1538 (IV, 372, 373).

<sup>17</sup> Après avoir erré quelque temps dans les villages du Jura, près de Saint-Claude, le capitaine *Koung* fut pris et incarcéré à Chambéry.

<sup>18</sup> *Christophe Fabri* avait d'abord écrit : *Messias eorum gibbosus*. C'est une allusion à *Charles III*. La chronique de Froment parle en ces termes

Non licet per naves<sup>19</sup> et occupationes circa pauperes et ægrotos latiùs scribere. Hæc verò tumultuariè malui scribere quàm nihil, quum nihil non mihi apud te pollicear, tu quoque etiam ruditate nostra, ut pater, delecteris. Dominus *Praefectus*, proximo diè Mercurii<sup>20</sup>, *Bernam* concessurus [est] et in reditu per vos transiturus ob aliquod negocium, cujus gratia a Domino *Columbariensi*<sup>21</sup> vocatur, arbitror, ad repetendas pecunnias sibi debitas. Spero me in diem illum literas ei traditurum ad *Thomam* et *Fatonem*<sup>22</sup>, quibus nunc non licet scribere. Vale, mi intime frater et amice singula-

du duc de Savoie et de la duchesse Béatrice : « Madame sa femme... estoit estimée la plus belle chréature de viayre [l. visage] de toute Chrestienté, au regard du bon homme le Duc, qui est selon nature (sans le voulloir blasmer) ung peu boussu et difforme de corps » (Éd. Revilliod, 1854, p. 228).

Le capitaine *Koung*, mis à la question, accusa les comtes *Michel de Gruyère* et *René de Challant* de l'avoir soudoyé pour exécuter un complot contre les Bernois. Il avait eu, disait-il, des entrevues avec le comte Michel à Corbières et à Fribourg, où il aurait vu aussi le fils du seigneur de *Lullin* (VI, 214, n. 2; 215, n. 7-8) et un serviteur du comte de *Challant* portant « sa devise et barbe rousse. » Ce dernier personnage (*Claude de Bellegarde* ? t. II, 344, n. 7; 471, n. 8) lui aurait remis des lettres. Enfin le seigneur de *Viri* déposa que, dans une conférence tenue à *Taninge*, en *Faucigny*, avec un seigneur savoisien, deux hommes du *Valais*, deux du pays de *Gessenay* et deux de *Fribourg* auraient promis de lever des gens au nom des comtes de *Challant* et de *Gruyère*.

Le caractère des seigneurs inculpés, leur hostilité à l'égard de la Réforme, leurs sympathies bien connues pour Charles III et la joie des *Chablaisiens* à l'arrivée de la bande d'*Ulric*, donnaient à ces plans de restauration un air de vraisemblance. Mais les preuves positives manquaient. *Michel de Gruyère* et *Challant* protestèrent énergiquement, et *François I*, par l'organe de *Reymond Pellisson*, président de Savoie, fit écrire aux Bernois en leur faveur. Le capitaine *Koung* n'en fut pas moins exécuté à *Chambéry*. « On en ignore le sujet, dit le Dr *Berchtold* (Hist. du C. de Fribourg, 2<sup>me</sup> partie, p. 199). Ses interrogatoires compromirent plusieurs personnes et même la Communauté entière. Notre État ne s'opposa point à son procès » (Voy. les lettres de Berne du 25 juin, du 4 août, etc., 1541 à M. de *Boisrigauld*. Minutes. Arch. bern. — J.-J. *Hisely*. Hist. du comté de *Gruyère*, II, 358-361).

<sup>19</sup> C'est-à-dire, à cause du départ des bateaux : ils traversaient le lac la veille ou le matin du samedi, jour du marché à *Lausanne*. Le 17 juin 1541 était un vendredi.

<sup>20</sup> Le mercredi 22 juin.

<sup>21</sup> J.-J. de *Watteville*, seigneur de *Colombier*.

<sup>22</sup> *Thomas Barbarin* et *Jean Fathon*.

rissime. Saluta hos et omnes fratres, *Gaucherium* quoque cum uxore et familia<sup>23</sup>. Tononii, raptim, 17 Junii 1541.

Tuus CHRISTOF. LIBERTINUS.

*Hunc fratrem* in Evangelii cognitione neophytum<sup>24</sup> vobis commendamus.

(*Inscriptio* :) Suo Gulielmo Farello, fratri et amico quàm chariss., Evangelii Christi ministro fideliss. Neocomi.

## 1004

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Montbéliard, 18 juin (1541).

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Charissime et observande frater, quanquam nunc sum occupatissimus, habeo tamen necesse ad literas tuas respondere : in quarum prioribus, quas ego per *Jo. Cortesium* fratrem accepi, *me solum plus quàm amicè mones, ut non nisi mihi perspectos et cognitos fratres ad te mittam, cum me justa potiùs objurgatione lacessere debebas, quòd intractabilem illum (ut postea intellexi) cerebrosum-que hominem ad vos miserim*<sup>1</sup>. Sed tantum hic simulabat pietatis studium, ut eum hic diutius libentissimè retinuissem, si consistere

<sup>23</sup> Il paraît que *Claude Farel* ne vivait plus avec *Gauchier*. Ces deux frères avaient vendu, le 25 août 1540, la commanderie de *la Chaux*, près de Cossonay, à messire Robert de Fresneville, dit du Guard, pour le prix de 2500 écus d'or. Ils durent quitter ce domaine le 29 septembre. On lit dans l'Épître de Malingre à Clément Marot du 2 décembre 1542 :

« Tu as *Robert*, homme scientifique,  
Noble et puissant seigneur de *Fremeville*  
Et de *la Chaux*, docte en la Loy civile,  
Qui pour Iésus a *France* abandonné,  
Et de ses biens aux pauvres gens donné. »

<sup>24</sup> Ce personnage nous est inconnu.

<sup>1-3</sup> C'est le candidat recommandé par Toussain dans sa lettre du 29 mai, N° 987.

Ce qui est dit de *Jean Courtois*, de *Michel Dolt* et de *Gaspar d'Armel* s'explique par les lettres antérieures et implique la date de 1541.

voluisset. Cæterùm quoniam de *Foreti* abitu<sup>2</sup> nihil tunc certi habebamus, ut ne nunc quidem habemus, nec ulla erat certa conditio, ille<sup>3</sup> ultro à nobis etiam cum lachrymis dimitti petiit, malens, ut ipse aiebat, aliò proficisci, quàm vel hinc diutius suspensus agere, vel nobis esse oneri. Quæ omnia putabam boni viri certa esse indicia. *Nec mirum est si nobis imponant hujusmodi erroneas, cum tantum turbarum nobis in dies excitent domestici et familiares. Quare obsecro te per Dominum ne offendaris mea nimis levi commendatione; ero posthac, colente Domino, prudentior.*

Ad hæc dolebat mihi ex animo quòd te literis non admonuissem, ut ad *Michaëlem* scriberes; sed video Dominum vigilare nobis dormientibus. Ille tandem hodie, lectis tuis literis, fratres adiit, multa initio excusare volens, sed qui tamen postea, erratis suis à fratribus auditis, mitescere cepit, ut optima sit spes veræ resipiscentiæ: quam si viderimus, hominem haudquaquam rejiciemus, quanquam indignissimè sese nobiscum gesserit, viasque omnes tentarint (*sic*) turbandi hanc ecclesiam. *Persuaserat ille Gaspari, fratri nostro, controversiam esse solùm de doctrina<sup>4</sup>; sed ubi intellexit rem aliter habere, illius institutum adeò non approbavit, ut vehementer etiam improbarit, et hominem seriò admonuerit officii.* Cui ego meliorem mentem ex animo precor,<sup>5</sup> nam ipse nos multùm ac diu sine causa adflixit et perturbavit.

Cæterùm, quod in posterioribus tuis literis scribis, ne tantopere instemus ut huc veniat *Garinus*<sup>5</sup>, non solùm cum detrimento familiæ, sed etiam *ecclesiæ suæ*<sup>6</sup>, ego sic nostris rebus consultum esse cupio, ut vestris non usque adeò incommodemus. Sed quoniam *Princeps* adest, et *ille* se venturum promisit, dabis operam ut id fiat primo quoque tempore, hoc est, quàm primùm commodè fieri poterit.

*Gaspar* petiit à fratribus testimonium, quo se tantùm, si opus sit, adversùs malevolos ac obtrectatores tueatur: id quod fratres ei libenter concesserunt, mihi mandantes ut hoc solum privatim significarem tibi, *nos non in causa esse illius abitus, cum ipse nobis inscius dimitti petierit*: quanquam postea à fratribus admonitus operam suam obtulerit. Sed quoniam *Princeps* eum semel dimi-

<sup>2</sup> Au mois d'août 1541, *Pierre Foret* était déjà installé comme pasteur à *Moudon*, dans le Pays de Vaud.

<sup>4</sup> A comparer avec le N° 962, notes 2-3, et avec le N° 1006.

<sup>5-6</sup> *Guérin Muète*. Nous supposons qu'il était pasteur dans le Val de Travers.

serat, persuaderi non potuit ut mutaret sententiam. Nec dubito tamen quin Dominus fratre sit usurus ad suam gloriam, quem tibi satis commendatum, commendo in Domino. Nam omnes errore quodam et imprudentia erramus saepe. Vale in Domino, mihi que fratres omnes diligenter saluta. Monbelgardi, 18 Junii (1541).

Tuus TOSSANUS.

Obsecro te per D. Jesum, ut *Garinum huc venientem serio admo-  
neas officii.*

(*Inscriptio* :) Charissimo fratri meo Farello.

## 1005

JEAN AUGUSTA <sup>1</sup> à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Jung-Bunzlau, 19 juin 1541.

Autographe\*. Bibl. Nationale à Paris. Collection du Puy, t. 268.

Copie communiquée par M. Henri Bordier. *Calv. Opera*. Brunsvigæ, XI, 244.

Charitas placabilitasque Dei patris per Christum filium suum

<sup>1</sup> *Jean Augusta*, souvent appelé *Joannes Augusta Pragensis* (1500-13 mars 1572), se joignit en 1524 à l'Unité des Frères de Bohême, et, après la mort de leur antistès *Lucas de Prague*, décédé à Jung-Bunzlau, le 11 décembre 1528, il se fit élire premier ancien (évêque) de leurs églises. Accompagné d'Érasme Sommerfeld, *Augusta* visita *Luther* en 1536, au nom des Frères de Bohême, et ils le consultèrent au sujet de la discipline et du gouvernement ecclésiastique. Il retourna à Wittemberg en 1540, et en 1542 avec le ministre Georges Israël. *Luther* leur donna la main de fraternité, et il leur dit en les congédiant : « Estote vos apostoli Bohemorum; ego cum meis erimus apostoli Germanorum. » Et, dans la lettre qu'il écrivit le 5 octobre, même année, à *J. Augusta* « verbi divini ministro Litomyslii [à Leutomischl] inter Fratres, suo charissimo, » on lit ces paroles : « Moneo vos in Domino, ut nobiscum ad extremum usque perduretis in communione spiritus et doctrinæ » (*Luthers Briefe*. De Wette, VI, 466 ; V, 500).

A la suite de la défaite des Protestants à Mühlberg, en Saxe (24 avril 1547), une nouvelle persécution s'éleva contre les Frères. « *Ferdinandus* Bohemos quoque suos (quòd auxilia *Cæsari* contra *Saxonem* negassent) ad



promerita, à Spiritu sancto cordibus infusa, Evangelio provulgata<sup>3</sup>, à vobisque cum multa fiducia recepta, ad veram pacem erga Deum spemque vitam æternam possidendi, habendam, adsit tibi, frater nobis in Christo charissime.

*Nunquam putavi cogitavire à te quidpiam litterarum mihi datum iri Vir Eximie*, licet quibusdam libellorum tuorum lectis, ipsemet de te, quis sis, ubique locorum degas crebrius percontatus sum [l. sim], aliisque sciscitandi provinciam inunxerim. *Nunc vero nihil tale expectantem litteris tuis me invisisti*<sup>4</sup>. *O quam gratam rem mihi fecisti. Non solum enim compos rotæ mei factus sum, verum cultum quoque tuum hominis interni graphice mihi depinxisti*. Ut non alium te esse putem, quam consortem Christi fratremque<sup>5</sup>

pœnas trahens, præcipuis aliquot Procerum..... multatis, in primis tamen in Fratres sæviens, eorum Tempa claudi, Pastoresque captivari jussit. Primus inter captos fuit primarius Antistes, *Joannes Augusta*, cum coadjutore suo *Jacobo Bilek*, ob suspicionem habitæ cum *Luthero* collusionis, imò conspirationis : quasi sua *Wittebergam* protectione id egisset, ut ejecto ex Germania *Carolo*, et e Bohemia *Ferdinando*, *Electore Saxonie* Bohemorum Rex fieret. Fuerunt itaque atrocissimæ torture subjecti terna vice : cum autem neque vestigium criminis ullum appareret..... neque supplicii sumendi color ullus haberi posset, *relicti sunt in carcere totos 16 annos*, ad mortem usque *Ferdinandi*, 1564. Julii 25, demumque dimissi » (Comenius. Hist. Fratrum Bohemorum, p. 23, 26, 27).

*Augusta* avait écrit dans sa prison trois volumes relatifs au Symbole des Apôtres, et qui se composaient surtout de sermons. Ils furent peu appréciés, probablement parce qu'on n'y retrouvait plus son éloquence enflammée d'autrefois. Du reste, cette captivité de seize ans n'avait pas adouci le caractère dominateur d'*Augusta*. Quand il voulut ressaisir les rênes du gouvernement ecclésiastique, il fut éconduit, et, au milieu des égarements de l'orgueil, il se vit privé de la sympathie et du respect qui auraient certainement entouré jusqu'à la fin un martyr digne de sa vocation. (Voyez Herzog. Encyclopædie, 1<sup>re</sup> éd. VIII, 599, 606 ; XX, 24, 36, 37, 39, 42. — Joh. Lasitzki. Historiæ de origine et rebus gestis Fratrum Bohemicorum libri VIII, 1649. — Franz Martin Pelzel. Abbildungen Böhmischer und Mährischer Gelehrten und Künstler. Prag, 1773-77, 3 Th. in-8°.)

<sup>2</sup> A cause de l'intérêt très spécial qui s'attache à la personne de *Jean Augusta*, nous avons reproduit avec exactitude non-seulement l'orthographe, mais aussi la ponctuation de sa lettre. Le seul changement que nous nous soyons permis consiste dans la substitution du *v* à l'*u*, et vice versa, selon l'habitude moderne.

<sup>3</sup> Édition de Brunswick : *promulgata*.

<sup>4</sup> Voyez, dans l'Appendice, N° 869a, la lettre de *Calvin* à *Jean Augusta*, écrite de Strasbourg au mois de juin 1540.

<sup>5</sup> Éd. de Brunswick : *fratrumque* renatorum.

renatorum simul ac meum et fidelem ministrum, ac socium in Evangelio Christi. Magnas igitur habeo tibi gratias, quod adeo familiarem propensumque, te mihi exhibueris, in orationibus quoque tuis mei memor non obliviscendo. Ego vicissim parem tibi referre gratiam apud me constituens, ibidem facere non intermitto, haudque intermittam. Deus concedat nobis, ut si non hic, in caelis tamen facie ad faciem nos invicem conspiciamus. *Nos profecto magnopere vobis gratulamur<sup>6</sup>, audientes, et reipsa experientes, quod Deus Optimus Maximus eo voluntatem conatusque vestros dirigat, ut ministerium purum a Christo Iesu institutum ordinatumque, et in Ecclesia primitiva observatum, Ecclesiae sanctae nunc restituatur, quo in fide vera, cognitioneque Domini nostri Iesu Christi, renovari, reformarique queat: id gemitibus, ac incessabilibus votis optatum est.* Oramus, ut Deus felicem successum hinc inchoate operationis suae<sup>7</sup> præbere dignetur, talem, qualem ipsimet optetis, præsidiiisque ministerialibus vos ac populum suum destitui non permittat, quæ ubi præsto non sunt, Ecclesia bene stare regique non potest.

*Ubi vero scripsisti mihi de cælibatu, non opus certe fuit tot purgationibus excusationibusque se occupare, argumentum siquidem est pium, remque discipulo, non papæ, verum Evangelii ac verbi Dei necessariam spirans. Sic igitur decrevi, ut breviter rei seriem tibi proponerem, unde certo tibi liqueret, utrum aliquid periculi in ea sit, quod nocere præsentibus et posteris possit, quod ne sit apud nos, vereris.* Primo ergo omnium occasiones, quæ distrahunt avocantque, quominus Deo serviat libere circa matrimonium, aut cælibatum concurrentes se nobis contemplandæ offerunt. Hic si defigere oculos volumus in statum conditionemque modernorum Ecclesiae ministrorum, quam certa videlicet dimensaque stipendia laborum suorum habeant, beneque illis provisum sit uno duntaxat loco ubi habitant alligati, sint, unæ reipublicæ asstricti: quis non videt in tanto talique rerum cardine, haud plus obesse illis matrimonium ac cælibatum<sup>8</sup>! Imo impugnare non ausim, an non plus adiumenti adferat, maxime, cum uxor pia ducitur, liberi deinde morigeri existunt. Verum si faciem primitivæ Ecclesiae, Apposto-

<sup>6</sup> Dans la pensée de Calvin, sa lettre à Jean Augusta devait être et fut, en effet, communiquée aux pasteurs des Frères de Bohême.

<sup>7</sup> Éd. de Brunswick : *huic inchoatæ operationi suæ*.

<sup>8</sup> Dans les manuscrits du seizième siècle, le point d'admiration tient souvent lieu du point interrogatif.

lorum eorumque coadiutorum intueri voluerimus, quos huc illuc per mundum vagari, ac cursitare, non diu in uno loco commorari, nulla stipendia certa habere, eo, quod quis benevolo animo illis impertiebat, non plus exigendo, sustentari, et ex laboribus manuum suarum, etiam cum discipulis suis vivere, sicque laborando infirmos recipere (egenos juvare) periclitari, et quotidie exilium, aut aliquid adversi expectare, multaque id genus experiri, oportuerat.

Eos denique, qui per civitates ac Ecclesias ex communi caetu selecti ab illis constituebantur, itidem manuum suarum labore sibi providere, citra id, quod aliquis sponte eis dedisset, non exigere à concivibus vicinisque suis multa perpeti, ac qualibet fere hora in quibusvis periculis versari, oportuisse. Cuiusmodi miserie et nos exceperunt, nec aliter comparatum est nobiscum. Hæc si ob oculos nobis posuerimus, sic conicio, quod consilio divi Pauli, qui præ cæteris, donis spiritus sancti fulgebat, nihil tutius consultius comperiemus, qui harum rerum rationem habens Dicit, bonum esse uxorem non ducere, ab eaque solutum esse propter instantem necessitatem, ut sine distractione Deo servire possit. Id etiam apud nos ipsa res ac experientia testatur, quandoquidem opera virorum bonorum idoneorumque, per civitates habitantium, qui matrimonio addicti sunt, etiamsi maximè velimus aditamusque in rebus ac functionibus Ecclesiasticis, per parum adiuvamur. Non quod eos matrimonium indignos efficiat, verum propter varia obstacula, distractiones, avocamenta, et plura intervenientia quæ omnem aptitudinem, ad negotia Ecclesie pertractanda illis excutiunt.

Secundo, quod nonnihil decoris auctoritatisque matrimonium aut cælibatus ministerio Christi conciliare debeat, absit id a nobis sentire. Sat equidem per se sublime excellensque est ministerium Christi et non ineptas, aut quales vis personas sibi vendicat. In nostris regionibus jam dudum canobia deserta, imo majori ex parte demolita, soloque æquata sunt: Cælibatus et existimatio eius plane evanuit. Ad solos duntaxat sacerdotes eum pertinere, ac penes eos non nihil momenti habere, hii soli affirmant, qui non prorsus a Papa defecerunt, alias nullum nomen, nullamque auctoritatem in vulgo habet. Quod vero non nihil gloriæ coram Deo, et plus quiddam, quam major facilitas aptitudoque Domino serviendi, ex cælibatu ad nos accedat derivetque, opinio hæc remotissima est à nobis, neque aliquando in mentem nostram subiit.

Tertio, quod attinet ad legis cælibibus præscriptionem severita-

temque, quæ eos à matrimonio, veluti re minus conducibili etc. etiam in articulo necessitatis, absterreat. Non te lateat, nos totum id papæ reliquisse, ad legemque perfectæ libertatis, spiritus tamen et non carnis confugisse: Ita quod veluti ad cætera, similiter nec ad cælibatum (cuius cordi Dominus influxu quodam id non instillaverit, ut velit possitque sponte ac libenter per virtutem Dei [se] continere, ea sola intentione, ut facilius ac expeditius, citra distractiones et avocamenta Deo in Ecclesia eius inservire quæat), neminem aliqua re (extra hanc Dei internam impulsione) adigimus aut cogimus, scientes non esse nos dominatores cordium humanorum, verum servos illius, cui habitare in illis complacuerit. Hoc tamen libere fatemur, quod sicuti ad cætera cordis dona externe administramus, et primo omnium verbo Evangelii, ad assequenda potiundaque ea, deinde vero ad successum et conservationem in eis, iam non solo verbo vocali: verum etiam præsidio laudabilium ordinationum et rituum, quæ justitiæ fidei et decalogo non repugnant, neque ea violant. idem et in causa cælibatus facimus, scientes ministerium nostrum iis demum profuturum, et utilitatem allaturum, in quibus Domino complacuerit opus suum operari, ubi vero operatio hæc Divina interne cessat, ibi et ministerium nostrum illico destitit, nullamque amplius efficaciam habet. Eiusmodi autem qui donum hoc perdidit Deo commendatur, præceptum siquidem Domini, quid in ea causa porro agendum sit, non habemus. Ad hæc, si quis Deo fidem servat vocationeque sua digne vivit, peccatis mortalibus, scandalizantibusque se non polluendo eiusmodi consors Christi, coheresque vitæ æternæ à nobis esse creditur, libertatemque mutandi vitæ genus habet, modo id legitime pieque in Domino faciat. Quod si Ecclesiæ præsentis placeret, ac ex re eius esset, id quoties sibi possibile et facile, non solum non interdicitur sibi ab officio functioneque Ecclesiastica, verum quemlibet talem gratulantes tanto bono adiuvamus, ac suas partes agimus. Verum id nimis rarum est apud nos, partim ob causas superius recitatas, partim quod per-pauci horum reperiantur, qui gratiam continentiam, à Deo sibi concessam habentes, in eaque multis temporibus pie perseverantes, levibus deinde causis perciti, contumaciter eam abiiciunt perduntque. ut non simul amittant conscientiam quoque bonam erga Deum, quique perinde ac Demas ille, cuius mentionem facit Apostolus ad Thimoteum (*sic*), non discedant post dilectionem huius sæculi vitæque propriæ, etiam cum multis scandalis piorum. Denique et id non negabo, quod nescia-

mus, utrum aliquis talium fuerit aliquando in unitate nostra<sup>9</sup>, aut nunc reperiatur, qui propriae salutis providens, in eaque sagax sit, nedum in functione Ecclesiastica : quibus prodesse, aut eos juvare, etiamsi maxime velimus, nihil possumus. De vobis autem vestrique similibus, qui Deo gratiam suam præstante è regno papæ in Christi asciti estis, aliud est, ac esse debet iudicium. Apud nos hercle, non est opus cælibes ad mutandam castitatis propositionem sollicitare, matrimonii que eos admonere, sicuti in papatu, quandoquidem nullis legibus papisticis similibus, nisi dono duntaxat Divino, neque ob aliam causam, atque propter regnum Dei, facilitatemque Deo sine distractionibus avocationibusque serviendi, ad cælibatum asstringuntur obliganturque. Porro nos ad id solum præ cæteris omnibus nitimur, ut exemplo Apostolico personæ dignæ beneque morata, (habentes uxores pias et liberos in timore Domini educatos). ex omnium communi cætu desumptæ, per Ecclesias nostras libere constituentur, eis que præficiantur ; verum tantum facilitatis nobis non conceditur, potestate sublimiori, officiis dignitatibusque politicis eos aggravante, liberosque eorum, non nisi infames reputante, si parentes functionibus Ecclesiasticis occupentur. His omnibus et id accessit, quod paucis præterlapsis annis totius regni consensu, in comitiis publicis sancitum et decretum est, tabulis deinde regni inscriptum, nullos sacerdotes uxoratos, in regno ferendos patiendosve, hancque libertatem, nullatenus eis concedendam esse. Licet autem apud nos matrimonio addicti nonnulla munia Ecclesiastica obeant, et non nunquam exhortationes concionesque publicas in Ecclesia præsentis ad populum habeant, et consultationibus deliberationibusque publicis interesse soleant, tamen quotidianam curam sollicitudinemque de Ecclesiis omnibus eos habere,

<sup>9</sup> Voyez, dans le t. III, p. 63-69, la lettre adressée le 25 juin 1533 aux églises vaudoises du Piémont et signée : « *Fratres presbyteri per Bohemiam et Moraviam Evangelium depredicantes.* » Nous avons indiqué, dans la note 1 du même N° 420, l'origine des *Frères de l'Unité*. En 1560 leurs pasteurs signaient encore : « *Seniores Unitatis fratrum qui vulgo Valdenses appellantur.* »

« Cœperant quidem (dit leur évêque Jo. Amos Comenius) se *fratres legis Christi* appellare : tum ad distinguendum se ab ordinibus Papalibus, tum ad insistendum fundamento magistri Hussi, *legem Christi ad regimen Ecclesiæ militantis sufficere*, etc. Verum postquam id in calumniam trahi viderunt, deseruerunt, *unitas fraternè ecclesias*, sive UNITATEM FRATRUM, sese cognominando » (Historia Fratrum Bohemorum.... Halæ, 1702. p. 15).

prorsus impossibile est. His omnibus discussis, frater in Christo amantissime, judicare (simul ac omnes pii) potes, utrum aliquid eiusmodi apud nos appareat, quod libertati legis Christi spiritualis repugnet et adversetur, posterisque officere queat. Deus Ecclesiae suae incolumem te conservet. Salutant te salutatione vere fraterna omnes fratres unitatis nostrae: orationibusque tuis commendantur. Vale. Data in Bohœmia Junioris Boleslaviae 13 kalendas Iulii<sup>10</sup>. Anno. 1.5.4.1.

IOANNES AUGUSTA  
ex animo tuus.

(*Inscriptio*.) Eximio viro Domino Joanni Calvino, litterarum sacrarum professori celeberrimo, ac pastori Ecclesiae Gallicae Argenterati, fratri mihi plurimum amando.

## 1006

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Montbéliard, 2 juillet 1541.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Charissime frater, nescio quid tibi scribere debeam vehementer valetudinarius, tantoque mœrore confectus, ut vix subsistam. *Ex lectione tuarum literarum Michaël<sup>1</sup> nonnihil commotus visus fuerat, ut ab inceptis desisteret*, nosque oraverat ut Dominum pro se interpellaremus. Cui sic à nobis responsum est, ut ipse ultro *Gaspari Carmelo* dixerit: « se nos non fratres, sed patres invenisse, » ut nobis certissima spes erat veræ resipiscentiæ. Quare *sequente Synodo* hominem ad nos amicè vocamus, eo animo, ut visa vel audita saltem ejus aliqua pœnitentia, eum in fratrem recipereamus. *Sed adeò nos fefellit expectatio, ut nunquam magis superbierit, nunquam pervicacior fuerit, nunquam non nos solim, sed vos quoque magis contempserit, clamita[ns:] « et vos homines esse; se*

<sup>10</sup> L'édition de Brunswick donne cette date fautive : 3 Kalendas Iulii.

<sup>1</sup> *Michel Dobb*. Voyez les lettres précédentes de Toussain.

*vestrum de nostra constitutione iudicium non curare*, [quum vos<sup>2</sup>] duo aut tria verba Scripturae adferatis, et ea, inquit, nihil ad rem v[aleant]. Præterea, omnia falsa esse quæ tu in tuis ad illum privatis literis scribis<sup>3</sup>. » [Ad eò] ut in eo, loco resipiscentiæ, nihil viderimus quàm plusquam obstinatam, anabaptisticam et diabolicam pervicaciam et superbiam summam: *ut quem antea ex insania peccare interpretabamur et ferebamus, eundem in ea Synodo palàm reprehenderimus, ac omnia de industria ac maliciosè facere que facit, unaque cum Foreto conspirasse adversus fratres et hanc ecclesiam.*

Quemadmodum alter ille *nebulo*<sup>4</sup> eodem die Synodum nostram ingressus, nos conviciis etiam lacessebat, nec unquam alias pœnitentiæ voces ex illis audivimus, nisi: « *Faictes ce que vous roulez, faictes du pire que vous pouvez,* » et alias id genus: quum tamen testem habeamus Dominum, nihil unquam in eorum causa ex odio aut præcipitanter egisse, sed vias omnes ac rationes quævisse quibus eos Christo et nobis lucrifaceremus. Sed quoniam palàm perditum sunt ac deplorati, valeant, et expectent iudicium Domini. Ubi viderunt se fratres non posse corrumpere ac dividere, hoc tentarunt apud *Principis consiliarios*, non verbis solùm, sed literis. Nec luserunt in ea re operam, sed malos tandem malè perdet Dominus. Nobis nunc rediit *Princeps* ex *Germania*, nec hic, ut audio, diu mansurus est; multa que adhuc supersunt corrigenda in hac ecclesia, in quibus hodie nos totos occupatos esse oportebat, sed à qua re nebulonum illorum improbitate impedimur, non absque magno detrimento gloriæ Dei, fratrumque omnium incommodò ac mœrore.

*Quum Michaël videt se in multis gravissimis erratis deprehensum, loco pœnitentiæ, illa facis apud causam suam ignaros tegere conatur, adserens sibi solium controversiam esse nobiscum super illis Christi verbis: « Si peccaverit in te frater tuus, etc. »*<sup>5</sup> Sibi super his un-

<sup>2</sup> Le papier est rongé à la fin de trois lignes.

<sup>3</sup> La plupart des lettres de Farel à Toussain et aux pasteurs du Montbéliard n'existent plus.

<sup>4.6.7</sup> Pierre Foret pasteur à Étohon et à Blamont (VI, 204, 370, 385). C'était Vincent Ortin qui lui avait succédé, probablement en 1540, dans la première de ces paroisses.

<sup>5</sup> Les partisans de la censure fraternelle et de la discipline ecclésiastique s'appuyaient toujours sur ce passage de l'évangile selon St Matthieu, XVIII, 15-17.

decunque potest doctorum sententias et expositiones corradens et accumulans, *quum tamen non ignoret summam controversiæ non tam de doctrina quàm de facto et vita esse*, utpote de levitatibus, mendaciis, dissidiis inter fratres, perjuriis, perv[icaci] fratrum contemptu, arrogantia et aliis id genus.

Quòd, inquam, ante hanc quoque causam se hic levem sæpe nobis et inconstantem præbuerit et admonitus non resipuerit, jam in hac sententia, jam in alia re[manserit].

Quòd primus omnium *Foreti* causam damnarit ac detestatus sit, nos etiam negligentiæ insimulans quòd illam cognoscere diutius differremus, eandemque postea et mendaciis et calumniis adversus fratres defendendam suscepit.

Quòd *constitutionem nostram*, multorum fratrum calculis approbatam, cujusque idem *Michaël* inter primos et author et approbator fuerat, eidemque juraverat, et eandem etiam persæpe nobiscum sine ulla controversia in usu habuerat, tandem ad fratres turbandos malamque *Blamontani*<sup>s</sup> causam tuendam, illam rejecerit et contempserit.

Quòd tamen hic fratres suos omnes eum amicè officii admonentes audire noluerit, sed eorum sententiam et judicium contempserit, illos immeritò accusans, ut nocentissimum<sup>r</sup> suoque antea judicio damnatum excusaret et defenderet.

Quòd cum videremus illum nos audire nolle, et rogassemus an alios fratres non nostræ Classis, utpote *Neocomenses* audire vellet, respondissetque : etiam, nec (?) hoc præstiterit, sed illorum quoque judicium et sententiam rejecerit et contempserit.

Quòd privatim etiam abs te admonitus diligenter ac seriò, à pervicacia dimoveri animumque mutare noluerit.

Quòd palam nobis omnibus præsentibus dixerit, et in eà semper obstinatè permanserit sententia, quòd ne coram fratribus quidem indicare vellet eum quem ex nobis certò etiam sciret hæreticum et proditorem esse; et sentiat dicatque, etiam Verbi ministris omnes occultos nebulones et facinorosos non prodendos, sed tolerandos esse dum se ipsos prodant, quemadmodum (inquit) Christus Judam tulit.

Quòd admonitus etiam et rogatus ne se makæ *Foreti* causæ immisceret, quam multarum ecclesiarum fratres damnarent, non solùm spretis ac relictis fratribus illi sese adjunxerit, sed illius etiam patrocinium suscepit, literas ab illo ad *Principis præfectum* adferens plenas mendaciis et calumniis adversus fratres : dicens se



illum habere pro charissimo fratre, et ne damnaremus aut rejiceremus eum quem Dominus approbaret.

Quòd admonitus non semel à fratribus ne, ob scandala vitanda, nobis in templo congregatis, ipse discurreret per urbem, hoc quoque non semel neglexerit et contempserit, clamans « nos esse monachos. »

Quòd jussus a *Principe* et à fratribus etiam admonitus ne quem in foro aut alibi palàm verbis injuriosis lacesseret, hoc quoque spreverit.

Quòd *Principi* ipsi ad sacrosanctum Dei Evangelium jurarit, se hic authorem non futurum ullius turbæ aut dissidii inter fratres; et nos omnes nihilominus à medio anno turbare non cessat. Quemadmodum aliquando jactaverat: « se posse, si vellet, ecclesiam hanc turbare, » utque coram Domino testamur eum solum authorem esse omnium turbarum ac dissidiorum quæ sunt hodie in hac ecclesia, ut meritò perjurus ac seditiosus habeatur.

Quòd eum tam sæpe ad pœnitentiam revocare, Christoque et nobis lucrifacere studuerimus, illiusque causam ad magistratum referre tam diu distulerimus, pro illoque tam seriò Dominum oraverimus, nec quicquam apud illum promovere potuerimus.

Quòd post omnia ista hominem adhuc semel *in postrema Synodo nostra, 23 Junii habita*, ad nos vocaverimus, eumque amicissimè de omnibus erratis suis admonuerimus, parati illum recipere in fratrem, si culpam agnoscere et respiscere voluisset, idque adeò contempserit ut nullum unquam anabaptistam, aut alium id genus seditiosum hominem viderimus in errore pervicaciorem.

Hæc sunt, inquam, mi frater in Domino observande, et alia id genus de quibus illum accusamus et convincimus, et ob quæ rejicimus potissimùm pro fratreque non habemus.

Nam *quod ad illa Christi verba attinet: « Si peccaverit in te frater tuus, etc., » nulla nobis unquam antea fuit cum illo controversia super intelligentia horum verborum, ut nec illa quidem unquam allegavit, vel conscientiam, cum vel constitutionem nostram sanciremus, vel eidem juraremus, vel eam in usu haberemus. Cæterùm quum Blamontanus duos fratres<sup>8</sup> ex nobis accusasset, alterum*

<sup>8</sup> *Jacques Gette* et *Raymond de Louvres*. *Gette* (en latin *Getæus*), natif de Boulogne-sur-mer, était pasteur à *Roches*, à 3 <sup>1</sup>/<sub>4</sub> l. de Montbéliard. Il est connu par son poème latin sur la prise et la reprise d'Héricourt, imprimé parmi les pièces justificatives du t. IV de l'Hist. des ducs de Wurtemberg par Sattler. *J. Gette*, muni d'un certificat très honorable de

ebrietatis, utrumque verò hæreseos, et partes, ut idem *Michaël* nos ad id primus omnium instigaverat, audire vellemus, ipseque die partibus dicto, mutatus, nos à cognitione harum rerum impedire vellet, hominis suo ante a iudicio damnati malam causam suscipiens, sine ulla ratione diceret nos in *Foretum* et verba Christi peccare. — verum est nos illi tum respondisse, se vel verba illa Christi non intelligere, vel ad fratres turbandos Foretique causam defendendam maliciosè abuti, quum nec in illum peccassemus unquam, nec in eum quicquam statuissimus, nec illum etiam tum accusaremus, sed illius solùm accusationes adversùs fratres illos duos examinare et excutere vellemus, ut illi meritò dixerimus, se vel Christi verba non intelligere, vel reluctantè conscientia illis abuti adversùs fratres. Quemadmodum etiam eum eisdem Christi verbis abuti diximus, quum ea trahat ad quoslibet occultos nebulones et facinorosos tegendos ac ferendos in ecclesia Christi.

Sed longior sum longè quàm putabam, quanquam me non pœniteat harum literarum laboris, si te non pigeat aut fudeat lectionis. Nam scio fratres hic meos omnes vehementer cupere, ut totam hanc causam bene cognitam habeatis. De qua semper coram Domino et bonis omnibus parati erimus reddere rationem, favente Domino Jesu, qui te simul et fratres istos tuos et meos omnes quàm diutissimè servet incolumes, quorum precibus quibus possum modis nos semper commendamus. Vale in Domino, frater mi amice, et me literis tuis per *hos fratres*<sup>9</sup> consolari et admonere dignare. Monbelgardi, 2 Julii 1541.

Tuus P. TOUSSAIN.

*Raymundus*<sup>10</sup> attulerat mihi ab aliquo ex tuis fratribus secundùm carnem quædam adversùs calculum remedia, sed quorum ille nec nomina nec usum satis tenet; quare fac, obsecro, ut sciam. Audiveram etiam charissimum fratrem nostrum *Fatonem*, nescio quod unguentum habere adversùs dolorem renum, qui me sic divexat ut à diebus aliquot nullam habeam requiem, præsertim noctu, ubi incalui, sicque tum destitior, ut loco me movere latum unguem non possem. Proinde adjuvate me non solùm precibus, sed etiam

*Calvin*, était venu de Strasbourg à Montbéliard en 1539 ou 1540 (Voy. Duvernoy. Éphémérides du comté de Montbéliard, 1832, p. 232).

<sup>9</sup> *Jean Courtois* et *Thomas Cucuel* (Lettre de Toussain du 10 juillet).

<sup>10</sup> *Raymond de Louvres*, pasteur à Séloncourt, à 2 l. environ de Montbéliard.

charitatis officiis, si quid potestis. Alioqui computrescet brevi hoc vile corpusculum, præsertim *si pergant isti duo diaboli nobis exhibere negotium: qui me, teste Deo, plus afflixerunt à medio anno quàm unquam fueram per omnem vitam*. Nebulo ille *Foretus* semper hic dixit, se fuisse in *provincia Sabaudica Bernensium, Classis Morgiensis*<sup>11</sup>. Sed nunc aliud adserit, se videlicet fuisse *Classis a Ges*<sup>12</sup>: cujus fratres cuperem admonitos, ne homini palàm perverso bonum darent testimonium.

(*Inscriptio* :) Gulielmo Farello, fratri meo in Christo Jesu observando, Neocomi.

## 1007

MARTIN FRECHT à Henri Bullinger, à Zurich.

D'Ulm, 2 juillet 1541.

Autographe. Arch. de Zurich. Calv. Opp. Brunsv. XI, 249.

..... *Calvinus* 20. Junii ex *Ratisbona* huc redierat et postridie mox hinc solvebat. Qui hoc, quod maximè scire cupiebam, boni nunciù narrabat : *superioris Germaniæ ecclesias arctiùs nunc copulatas quàm unquam*. Deo enim perpetua gratia. Unanimiter illud *Cæsareum scriptum*<sup>1</sup> nobis displicuit, et rejectus articulus de transsubstantiatione, etc.<sup>2</sup>.

*De Bucero* (quod et me angebat maximè) *Calvinus quoque narrabat, per omnia bene ei cum reliquis fratribus convenire*, etsi nunc

<sup>11,12</sup> A *Coppet*, petite ville dont le pasteur faisait partie de la Classe de *Morges*, et non de celle du Pays de *Gex*.

<sup>1,2</sup> Voyez le N° 975 et la première moitié du N° 976.

Le 2 juillet, *Bullinger* écrivait à *Vadian* : « De *Comitiis* nihil scitu dignum accepi, nisi quòd *Hessus* rediit relicto *Cæsare* non sine impatientia. Non puit ille incendiariorum ducem et caput, *H. Brunsvicensem*. In Religionis negotio frigidissimè agit. Quid post cladem acceptam facturum sit videbimus. Non faciet quicquam *Saulus ille*, nisi per manum *Philistæorum* [scil. *Turcarum*] coactus fecerit. Composita est *formula concordiæ*, sed repulsa à nostris et improbata ab adversariis \* ; *Articuli sunt V : non potui illos describere, adèò putidi sunt*. Videntur conflata ab homine qui

\* Il s'agit probablement ici du projet de conciliation présenté le 10 juin par l'Électeur *Joachim* et rejeté à l'unanimité le 25 (Voy. *Sleidan*, II, 223, n. 4).

subdorer nescio quas singulares deliberationes illum habuisse<sup>3</sup>. Scit *Calvinus* quàm opportunè importunè *Ratisponæ Bucerum* monuerim, obtestatus fuerim, ut non nimiùm indulgeret conciliationibus<sup>4</sup>. Verùm temporis angustia excludor nunc de iis et aliis scribendo. Obtestatus *Calvinum* sum ut, quia me diutius *Ratisponæ* hæserat, ad vos scriberet. Sed grammatophorus iste<sup>5</sup> reliqua exponet vobis. Bene vale cum dominis et fratribus symmystis observandis.... Ulmæ raptim, 2. Julii 1541.

T.[uus] ex animo M. FRECHTUS.

## 1008

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg (vers le 6) juillet 1541.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 31. Calv. Opp., XI, 250.

CAL. FARELLO.

*Cum nullum amplius in Conventu usum mei fore suspicarer, magna improbitate missionem extorsi magis quàm impetravi: nam et Bucerus me ægerrimè à se abire patiebatur<sup>1</sup>, et Philippus, qui se mihi fore in ea re adiutorem semper receperat, cum tempus instaret, rogabat ut manerem. Ego tamen me quoquomodo explicui. Neque me tam private meæ rationes quàm publicæ, ut adeò instarem, impulerunt. Videbam scholam nostram ex quo cœperat Capito laborare<sup>2</sup>, destitui. Verebar ne his nundinis ecclesia præsen-*

haud dubiè sua curiositate efficiet ut et ab amicis deseratur et ab hostibus contemnatur » (Minute autog. Arch. de Zurich).

<sup>3</sup> Dans le parti protestant, on soupçonnait que *Bucer* avait participé à la composition du *livre de Ratisbonne*.

<sup>4</sup> A comparer avec les passages de la lettre de Calvin du 12 mai où les formules conciliatoires de *Mélancthon* et de *Bucer* sont désapprouvées.

<sup>1</sup> *Rodolphe Gualther*, qui était parti de Ratisbonne le 29 juin.

<sup>2</sup> Voyez la lettre de *Bucer* du 16 juin (N° 1002, renv. de n. 2, 3).

<sup>3</sup> Après avoir annoncé à *Myconius* que le fils de *Nicolas Gerbelius*, étudiant de grande espérance, et un Bernois nommé *Tillmann* étaient morts de la peste le 26 juin, *Bédrot* termine ainsi sa lettre du 27 : » *Nec Capito ita valet ut rationes ecclesiæ nostræ exigunt.* » Mais déjà le 1<sup>er</sup> juillet *Myconius* écrivait à *Bédrot* : « *Gaudemus Capitonem revaluisse* » (Calv. Opp. XI, 243, 248).

tiam meam desideraret<sup>3</sup>. His etiam causis utcumque adducti sunt nostri, ut mihi tandem concederent. Exponam autem breviter *quo in statu res fuerint cum discessi*.

*Ex quo in questione Eucharistiæ semel dissilimus<sup>4</sup>, de nulla alia potuit amplius inter nos convenire.* Scis unam fuisse inter nos omnes sententiam, transsubstantiationem rem commentitiam esse, nec tantum cum verbo Domini, sed cum sacramenti etiam natura pugnare : adorationem esse vel idololatricam, vel nimis periculosam, repositionem superstitione non carere<sup>5</sup>. Cum in hac responsione tres illi delecti constanter pergerent, acerbis verbis invectus in *Philippum est Grauevellus<sup>6</sup>* : quo fracto, sperabat à reliquis duobus non tantum fore negotii. Dum nihil extorqueri posse videt, ad alia pergere præcipit. Interim *Marchio Brandeburgensis* clanculum, non tamen sine conscientia *Cæsaris*, unum ex Principibus *ab Anhalt* legatum *Luthero* mittit<sup>7</sup>, quia speraret magis in hac questione fore propitium Papistis quam nos omnes, propter veterem illam concertationem<sup>8</sup>. Quid attulerit, nondum rescivi. Confido tamen omnino non malè fuisse a *Luthero* responsum<sup>9</sup>. *Restabant in causa Eucharistiæ tres quæstiones disputandæ* : de sacrificio missæ, de privatis missis, de utriusque speciei distributione. *Adversarii*, sublata missarum nundinatione et multitudine, *unam tantum missam in singulis templis quotidie retinebant*, idque ea lege, ut non sine aliquo cœtu, cui mysterium exponeretur, deinde ut ad communionem exhortatio fieret. Calicis participationem volebant esse liberam, ut haberent qui peterent. Sacrificium fucabant sophistica expositione, quam unde sumpserint tu ipse conjice. Illa omnia sunt repudiata, scripti a *Philippo* in contrariam sententiam articuli, et oblâti.

<sup>3</sup> *Nicolas Parent*, qui dès la fin d'octobre 1540 remplaça provisoirement *Calvin*, comme pasteur de l'église française de Strasbourg, avait quitté cette ville avant le milieu de mars 1541 (Voy. t. VI, p. 371, 375, 376, 397, et les cinq dernières lignes de la p. 377).

<sup>4</sup> *Calvin* terminait là son récit le 11 mai (N° 975, renv. de n. 7).

<sup>5,6</sup> Voyez les notes 5 et 7 du N° 975.

<sup>7</sup> *Joachim*, électeur de Brandebourg, envoya de Ratisbonne à Wittemberg, pour consulter *Luther*, les députés suivants : le prince *Jean d'Anhalt*, *Matthias de Schulenbourg*, conseiller de *Joachim*, et le théologien *Alexandre Alesius* (Voyez *Mel. Epp.* IV, 379. — *Seekendorf*, III, 361). Ils durent partir le 1<sup>er</sup> ou le 2 juin.

<sup>8</sup> C'est-à-dire, l'ancien dissentiment de *Luther* et des théologiens de la Haute-Allemagne, relativement à l'Eucharistie.

<sup>9</sup> L'attente de *Calvin* ne fut pas trompée. *Mélancthon* écrivait déjà le

Ventum deinde est ad *confessionem*, in qua moderationem dabant adversarii, scrupulosam enumerationem remittendo, sed necessitatem exigebant confessionis et absolutionis. Formulam contrariam *nostrî* dederunt. Sic *de invocatione Sanctorum, de primatu Papæ, de authoritate Ecclesiæ collatum est: nec convenire potuit*<sup>10</sup>. Articuli omnes *nostrî libro*<sup>11</sup> adjuncti. *Cæsar* delectis illis gratias liberalibus verbis egit, quòd fidelem operam præstitissent. Ipse deinde totam deliberationem ad Ordines retulit<sup>12</sup>. Et quoniam nihil statui poterat, nisi descripto libro, oblatus est in medium cum articulis. Mox tamen *Cæsarem* poenituit facti. Sed quod semel decretum erat, Ordines ratum esse voluerunt. Dum id agitur, datus est Senatus *legatis Hungariæ et Austriæ*, qui suppliciter auxilia sibi dari petierunt<sup>13</sup>. Instititque quoque *Cæsar* ut, omissa religionis actione, ad illam consultationem se converterent Ordines. Cum illas inducias vidi datas esse, occasionem præterire nolui: sic elapsus sum.

20 juin à Vitus Theodorus, à Nuremberg : « Legatio ad *Lutherum* missa nondum rediit, ἀλλὰ τὴν ἀπόκρισιν ἔχουμεν. Est graviter scripta, probat nostros articulos oppositos *libri* [*Ratisbonensis*] erroribus ac fraudibus. Nec dubito, quin nunc viso libro magis stomachaturus sit » (Mel. Epp. IV, 406, à comparer avec la p. 411). On peut consulter, sur la réponse que *Luther* donna entre le 10 et le 12 juin aux députés de Joachim, les *Luthers Briefe*, éd. de Wette, V, 364-372; VI, 283-285. — Seckendorf, III, 362, 363, et la traduction française de l'Abrégé de son ouvrage, faite par J.-J. P. Basle, 1785, III, 530-544.

<sup>10</sup> Voyez la lettre de Mélanchthon à Luther du 19 mai, et celle de Cruciger à Pomeranus, du même jour (Op. cit. p. 302-306).

<sup>11</sup> Les articles annexés au « livre de Ratisbonne » sont imprimés dans les *Mel. Epp.* IV, p. 348-376, sous le titre suivant : « Articuli Protestantium *Cæsari* traditi. » Ils portent la date du 31 mai.

<sup>12</sup> L'Empereur remercia, le 31 mai, les délégués des deux partis et, le 8 juin, il fit lire devant la Diète un rapport sur les résultats du Colloque (Sleidan, II, 222, 223. — Spalatini Annales, p. 583). Les *Mel. Epp.* IV, 389-91, donnent ce rapport en allemand, avec le titre que voici : « Scriptum quo Imperator acta Colloquii Ordinibus Imperii primùm expendenda exposuit, ac sententiam de conciliatis et non conciliatis articulis rationeque reformationis instituendæ illos rogavit. »

<sup>13</sup> Bédrot écrivait à Grynæus le 27 juin 1541 : « Advenit [*Ratisbonam*] quidam *episcopus Ungaricus*, Franciscanus, qui Status Imperii ad ferenda subsidia contra *Turcam* fortiter est hortatus, disertè dicens, armis nunc potiùs quàm precibus adversùs tantum hostem pugnandum. Miserunt et *Austriaci* legatos.... At *nostrî* interim de transsubstantiatione delitigant ! » (Calv. Opp. XI, 243.)

*Rerum seriem breviter perstrinxi. Quod ad secretiora consilia attinet, nonnihil audies cum venero. Velim autem id abs te impetratum, ut Buceri reditum expectemus<sup>14</sup>. Quantum ad fratres attinet qui ob Evangelium laborant<sup>15</sup>, non feci quod colui. Causa enim gravem aliquam legationem flagitabat, quam minimè ferunt tempora, id est, viliosi hominum affectus<sup>16</sup>. Literis ergo impetrari<sup>17</sup>. Quod ipsum factum fuerat, antequam Senatus admitteret<sup>18</sup>. Sed curari mutari ac inseri nonnihil eorum que mandabas<sup>19</sup>. Charta plus non capit. Tu ista omnia, si videbitur, curabis Vireto, excusabisque apud eum quòd non scripserim<sup>20</sup>: opprimor enim, crede*

*Soliman* était parti de Constantinople le 23 juin, pour diriger en personne la campagne que ses lieutenants avaient commencée en Hongrie dès le printemps. Il s'agissait pour eux de s'emparer de Pesth, et de faire lever le siège de Bude, qu'entouraient les troupes de Roggendorf, général du roi Ferdinand (Voy. N° 957, n. 29-30. — J. de Hammer, o. c. V, 328-335).

<sup>14</sup> Bucér avait promis d'accompagner Calvin jusqu'à Genève.

<sup>15</sup> Les Évangéliques de France (N° 979).

<sup>16</sup> L'Empereur, qui prévoyait que la trêve avec la France serait de courte durée, faisait surveiller tous les mouvements des princes protestants, et ceux-ci craignaient d'exciter sa colère en envoyant une ambassade à François I. Le pacifique Melancthon lui-même était devenu suspect aux Impériaux, depuis qu'on l'avait vu s'entretenir avec l'ambassadeur français. Il s'en plaignit en ces termes, dans l'éloquente apologie qu'il adressa le 20 ou le 21 mai à l'Empereur : « Tertia querela de congressu cum Gallico Legato, si quos movit, hi me prorsus non norunt. Sum scholasticus, et alienus ab omnibus aulicis negotiis, et colo scholasticas amicitias, quæ mihi sunt etiam cum aliquibus Gallis, propterea quòd hoc tempore maximè floret Gallia doctrinæ studiis. Adierunt ergo me hic quoque aliquot studiosi adolescentes. Cum his loquor de Philosophia, de eloquentia. Sunt etiam qui mecum interdum de doctrina Christiana sermones miscent. Per hos adolescentes veni in notitiam legati Gallici, qui me semel tantum in via, fortè deambulanti cum Gallico adolescente, paucis verbis salutavit, adjiciens etiam se optare ut concordia Ecclesiæ feliciter hic constitueretur, deploravitque hæc dissidia in Germania. Hæc fuit summa orationis. Si quis aliud suspicatur actum, de utroque errat » (Mel. Epp. IV, 320).

<sup>17</sup> Voyez le N° 983, note 1.

<sup>18</sup> Sans doute il veut dire : avant que les instructions du Sénat de Strasbourg fussent parvenues à ses ambassadeurs à Ratisbonne (Voy. la p. 121, lignes 12-15).

<sup>19</sup> Calvin fait ici allusion à une lettre que Farel lui aurait écrite après son arrivée à Strasbourg (vers le milieu de mai), et qui est perdue. Mais celle du 12 juillet (N° 1011, renv. de n. 12-15) nous indique suffisamment les principaux desiderata de Farel.

<sup>20</sup> Calvin écrit donc la présente lettre quelques jours avant celle qu'il adressa à Viret le 12 juillet.

mihî, assiduis interpellationibus, ut ægrè liceat respirare. Vale, charissime frater. Saluta omnes diligenter. Dominus vos omnes conservet! Argentorati, Julio, 1541.

JOANNES CALVINUS tuus.

## 1009

EYNARD PICHON <sup>1</sup> à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg, 7 juillet (1541 <sup>2</sup>).

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. De generali descriptione orbis egimus, sicuti debuimus, diligenter <sup>3</sup>. Illam tandem anno 1540 Antwerpiae impressam et authore Gemma Frisio digestam et compositam, invenimus <sup>4</sup>. Sed cum Fatinus <sup>5</sup> non posset satis commodè ad te perferre propter dolii bre-

<sup>1</sup> Eynard Pichon, candidat au saint ministère, étudiait à Strasbourg depuis la fin de septembre 1539 (VI, 27, 29, 377, 400).

<sup>2</sup> Voyez la note 7.

<sup>3</sup> Promoteur zélé de l'instruction de la jeunesse, comme nous l'avons vu, p. 54, Guillaume Farel destinait sans doute cette mappemonde au Collège de Neuchâtel. Aussi reproduisons-nous en entier le paragraphe où Conrad Gesner (Bibl. univ. 1545, f. 267a) décrit l'œuvre du savant Hollandais : « Gemmæ Phrysiæ medici et mathematici professoris apud Lovanienses..... Charta sive mappa, ut vulgus vocat, qua continetur generalis totius orbis descriptio, partim ex veteribus partim ex recentioribus collecta, et Carolo V. Aug. nuncupata : Impressa anno 1540 Lovanii, ut videtur, elegantissima forma, qualem hactenus in hoc argumento non vidi. Verba authoris : « In hac descriptione, partim ex veteribus, partim ex recentiorum navigationibus confecta, artificium Ptolemæi secuti sumus, eiusque traditas nobis locorum longitudes, quantum fieri potuit, servavimus. Adduntur et lineæ et circuli longitudinum ac latitudinum, itemque nauticæ pro dirigendis navigiis. » Chartam ambiunt ventorum effigies, nomina et naturæ, ac directorium nauticum instrumentum, et mensuræ pro locorum distantiiis, etc. »

<sup>4</sup> Gemma Rainer (1508-1555) s'appelait en latin Frisius, parce qu'il était né à Dockum, ville de la Frise (Voy. A. Teissier. Éloges des hommes savans. Leyde, 1715, I, 224-27. — Valerii Andreae. Bibl. Belgica, p. 258). Maittaire, Moréri et Saxius font de Gemma son nom de famille.

<sup>5</sup> Messenger neuchâtelois (Voy. les Indices des t. IV, V, VI).



vitatem, deinde cum pluviam metueremus, postremò cum pluris indicasset *Wendelinus*<sup>6</sup> quàm par esset, coacti fuimus relinquere. Nam ille, présente *Zebedeo*<sup>7</sup>, noluit minoris dare quàm tribus *coronatis*: quod nobis omnibus admodum insolens visum est. Et cum nobis permisisses, nec pretium præfinivisses, non ausi fuimus tanti emere<sup>8</sup>. *Quòd si voluntatem tuam intellexerimus, et hominem cui tutò et sine periculo committamus habuerimus, curabimus ut ad te primo quoque tempore deferatur*: etsi putaremus e *Basilea*, et minoris et minori cum periculo ad te mitti posse. Reliqua omnia puto tum a *Zebedeo*, tum a *Calvino* perscripta esse<sup>9</sup>. Vale. Argentorati, septimo Julii. Dominus te conformet ad suam voluntatem! Salutabis, si placet, fratres tuos omnes meo nomine, *Corderium* et *Barbarinum*.

TUUS ENARDES PICHONUS.

(*Inscriptio* :) Domino Guillie[l]mo Farello, pietate et eruditione prædito. Neocomi.

## 1010

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Montbéliard, 10 juillet 1541.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Literas his inclusas scripseram ad te ante dies octo aut decem<sup>1</sup> vehementer valetudinarius, quòd eo tempore putabam *Thomam*

<sup>6</sup> L'imprimeur-libraire *Wendelin Rihel*.

<sup>7</sup> *André Zébédée*, pasteur à Orbe, était de passage à *Strasbourg*. Il se rendait dans le Brabant, son pays natal. Il avait obtenu de MM. de Berne, le 25 juin 1541, la permission d'aller visiter sa famille. Ce détail fixe l'année de la présente lettre. C'est par erreur que le ministre Choupard l'attribue à l'an 1540.

<sup>8</sup> Trois *couromes* (un peu moins de 3 écus au soleil) équivalaient à une cinquantaine de francs de notre monnaie. Ce prix devait paraître bien élevé pour une mappemonde.

<sup>9</sup> *Zébédée* avait pu recueillir à *Bâle* et à *Strasbourg* beaucoup de nouvelles qui étaient de nature à intéresser Farel.

<sup>1</sup> C'est-à-dire, sa longue lettre du 2 juillet.

*Cucuelum* et *Joannem Cortesium*<sup>2</sup>, fratres meos Verbi ministros, istuc profecturos, gratia ducendi uxores<sup>3</sup>; sed illis tum non licuit hinc abire per Magistratum. Interea verò remisit morbus, sed *in dies nova accidunt incom[m]oda, quæ animum meum vehementer angunt et cruciant, sed quæ ferè omnia duobus illis obstinatis et pervicacibus rerum omnium turbatoribus*<sup>4</sup>, *in primis autem Michaëli, accepta referre debemus*. Nunc quum se fratrum vident consortio exclusos, nec omnino ex animi sententia succedere institutum, rem alia aggrediuntur via. Sed justus est Dominus Deus et potens qui illorum studia et consilia dissipet.

*Garinum*<sup>5</sup> *in dies expectamus*, nec dubito quin sit à vobis diligenter admonitus officii, sanisque consiliis obtemperaturus; alioqui longè præstaret hominem nunquam venire. *Erasmus*<sup>6</sup> pulchre hinc fungitur suo munere, ab omnibusque (gratia Christo) diligitur. Sed præter *Carolus*<sup>7</sup> hypodidasalum habet, *Gaspari*<sup>8</sup> notum, pium, studiosum et satis doctum, scribereque, hoc est, literas pingere callentem, qui si vobis istic aut alibi posset esse usui, eum mitteremus. Vale in Domino mihi que plurimum saluta fratres omnes, nominatim autem *Capuncubum*, *Barbarinum*, *Corderium*, *Fatonem*, *Mulotium*, *Gasparem*, *fratresque tuos et sorores secundum carnem*<sup>9</sup>. Et obsecro te, per Dominum Jesum, ut si istuc duo illi fratres nostri *Thomas* et *Joannes*<sup>10</sup> venerint, seriò ac diligenter admoneatis, ut piè ac sanctè magnoque cum timore Domini pergant versari in suscepto munere. Monbelgardi, 10 Julii 1541.

Tuus TOSSANUS.

(*Inscriptio* :) Guilielmo Farello, fratri meo plurimum charo et observando. Neocomi.

<sup>2</sup> *Thomas Cucuel*, pasteur à Bavans, et *Jean Courtois*, pasteur à Glay ou à Villars-lès-Blamont.

<sup>3</sup> *Jean Courtois* épousa une belle-fille de *Chaponneau*, collègue de Farel à Neuchâtel. Voyez l'opuscule intitulé : Notice sur Jehan Chaponneau, Docteur de l'Église réformée, metteur en scène du *Mistère des Actes des Apostres*, joué à Bourges en 1536. Par Émile Picot. Paris, D. Morgand et C. Fatout, 1879, p. 17, 18.

<sup>4</sup> *Pierre Foret* et *Michel Dobl*.

<sup>5</sup> *Guérin Muète*, déjà mentionné dans le N° 1004, n. 5-6.

<sup>6</sup> *Érasme Corneille* ou *Cornier* (p. 83, n. 3).

<sup>7</sup> Ce *Carolus* était déjà sous-maître à Montbéliard au mois d'avril 1540 (VI, 204).

<sup>8</sup> *Gaspar d'Armel*, ex-principal de l'École de Montbéliard.

<sup>9</sup> Ceux des frères de Farel qui habitaient Neuchâtel, ses belles-sœurs, et peut-être *Françoise* [Farel?]. Voy. les Indices des t. V, VI.

<sup>10</sup> *Thomas Cucuel* et *Jean Courtois*.

## 1011

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Genève.

De Strasbourg, 12 juillet 1541.

Copie contemporaine.<sup>1</sup> Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111a. Calv. Opp. Brunsvigae, XI, 253.

Scripti tibi per *Fortunatum* gallicè<sup>2</sup>, partim quia ejusmodi negotium tractabam, ut literas oporteret iis communicare qui latinè non intelligunt : partim quia ex lecto dictabam, nec mihi erat in promptu amanuensis, qui aliam linguam excipere posset quàm Gallicam. Quatuor ferè horis post abitum *Fortunati* venit *Alexander*<sup>3</sup>, quem misit ad me *Joannes Girardus*, ut certò indicarem *quid actum sit in causa fratrum*<sup>4</sup>. *Scripti autem ad Farellum quod proferre licuit*<sup>5</sup>. *Nam secretiora consilia premere cogor, magno meo cum dolore*<sup>6</sup>. De *legatione* minùs contendi, quia sciebam me non

<sup>1</sup> Écrite par Charles de Jonvilliers, ami et secrétaire de Calvin.

<sup>2</sup> *Fortunat Andronicus*, pasteur à Villette, sur le bord du lac de Genève, s'était probablement rendu à Strasbourg pour y régler des affaires de famille. Il avait épousé, avant 1531, une Alsacienne, *Maira Birchhammer* (II, 304, 377; III, 44, 100; V, 84). La lettre française dont Calvin l'avait chargé pour Viret n'existe plus.

<sup>3</sup> *Alexandre* était sans doute un serviteur de Jean Girard.

<sup>4</sup> L'imprimeur *Jean Gérard* ou *Girard*, que les Vaudois du Piémont avaient député, avec Martin Gonin, vers Guillaume Farel (1536), devait s'intéresser tout particulièrement au sort des Vaudois du Dauphiné et de la Provence (Voyez Théophile Dufour. Notice bibliographique sur les livres imprimés à Genève et à Neuchâtel dans les premiers temps de la Réforme. Genève, J.-G. Fick, 1878, p. 78-85).

<sup>5</sup> Voyez le N° 1008.

<sup>6</sup> Nous conjecturons que ces « *plans secrets* » étaient relatifs à l'évangélisation de l'archevêché de Cologne et des duchés de Clèves, de Juliers, de Berg et de Gueldre. L'archevêque *Hermann de Wied* et *Guillaume de Clèves* se montraient favorables à la doctrine évangélique, et le colloque de Ratisbonne avait fortifié leurs bonnes dispositions à cet égard (Voy. les Indices des t. V, VI. — C. Varrentrapp. Hermann von Wied und sein Reformationsversuch in Köln. Leipzig, 1878, p. 118-121, 157, 209).

impetraturum<sup>7</sup>. Ne *literæ* quidem datae sunt quales volebam<sup>8</sup>. Quanquam meo rogatu, postquam allata quæ *Farellus* miserat, aliquid addiderunt<sup>9</sup>. Siquidem biduo antè<sup>10</sup>, admonitus *Mucrini*

Toutefois, vu le contexte, ces *secretiora consilia* pourraient s'entendre des moyens d'agir auprès du roi de France en faveur des frères persécutés.

Calvin pensait peut-être aussi à la conclusion éventuelle d'une alliance entre *François I* et les *Protestants*. Le Réformateur n'avait rien négligé pour persuader à ses amis, soit à Worms, soit à Ratisbonne, que c'était une chose très désirable, et il espérait même que les chefs de la ligue de Smalkalden, le Landgrave en particulier, finiraient par ambitionner ce traité d'alliance qu'ils avaient refusé jusqu'alors (Voyez p. 113, n. 10; 152, n. 11; VI, 201, n. 17; 236, lignes 3-7). Depuis près d'un an, *François I* n'avait-il pas couvert de sa protection et uni à sa politique, par le lien de la parenté, un souverain allemand, qui était l'ennemi de l'Empereur et le beau-frère de l'Électeur de Saxe? Le 20 septembre 1540, *Mélancthon* écrivait, en effet, au prince Georges d'Anhalt: « *Duci Juliaccensi* dicitur desponsata esse *filia reginæ Navarræ*, sororis Regis Gallici, quod faustum et felix sit! » Et, en annonçant la même nouvelle à Frédéric Myconius, le 29 septembre, il ajoute que *Marguerite*, reine de Navarre, mère de *Jeanne d'Albret*, a demandé à être recommandée aux prières des églises évangéliques: « *petivit preces nostrarum ecclesiarum* » (Melanthonis Epp. III, 1096, 1098, 1099). Ce n'était pas une rumeur incertaine. Le 8 décembre 1540, à Torgau, *Jean du Fossé*, ambassadeur français, annonçait officiellement à l'Électeur de Saxe « *pactas inter Juliaccensem Ducem et Johannam Navarræam nuptias* » (Seckendorf, III, 259 b).

Grâce à l'amitié de *Jean Sleidan* et de *Jean Sturm*, agents de François I, Calvin avait dû apprendre tout récemment que *Georges de Plainitz*, conseiller de l'Électeur de Saxe, était revenu de France [par Strasbourg] et que, du 9 au 19 juin, à Châtellerauld, il avait assisté aux fêtes splendides qui avaient précédé et suivi la célébration du mariage de *Guillaume de Clèves* avec *Jeanne d'Albret*. Ce mariage comblait les vœux des partisans de l'alliance française, et ils ne doutaient pas qu'à l'aide de François I et du duc Guillaume, la ligue de Smalkalden ne pût se mettre à l'abri de tout danger, du côté de l'Empereur. Mais ils ignoraient que *Charles-Quint* avait pris ses précautions, en faisant signer à *Philippe de Hesse*, à Ratisbonne (13 juin 1541), un traité par lequel celui-ci s'engageait formellement à refuser l'alliance de François I, à ne point secourir le duc de Clèves, et à empêcher son admission dans la ligue de Smalkalden (Voy. C. von Rommel. Philipp der Grossmüthige. Giessen, 1830, II, 434-436).

<sup>7</sup> Calvin en disait la cause, le 9 juin (N° 997, renv. de n. 10). Voyez aussi la note 16 du N° 1008.

<sup>8</sup> Allusion à la lettre des Protestants du 23 mai (N° 983).

<sup>9</sup> Deux additions furent faites au texte primitif, quand les députés de Strasbourg reçurent une lettre de *Farel* datée du 13 ou du 14 mai.

<sup>10</sup> C'est-à-dire le 20 ou le 21 mai.

literis<sup>11</sup>, obtinueram ut scriberetur. Correcta igitur nonnihil est prior illa formula<sup>12</sup>, post acceptum secundum nuncium<sup>13</sup>. Duo capita inserta : *Confessionis que Aquensi curie oblata fuerat approbatio*<sup>14</sup>, et *deprecatio ne abjurare cogentur*<sup>15</sup>. Nihil dum ad illas literas erat responsura, cum discessi<sup>16</sup>. Verum si quid adferetur, habeo *illuc* qui mihi statim scribat<sup>17</sup>. Curabo ut nec diligentiam, nec fidem meam desiderent pii fratres. Interim hortare ipsos, ut in Deum unum respiciant, neque à mundo aut carne auxilium expectent, id est, ut eo solo auxilio contenti sint quod Dominus dederit. Si velit ut ab hominibus deserantur, etiam in summa desperatione ab ipso pendeant<sup>18</sup>.

*De meo istuc adventu* nihil possum asserere aliud quàm quod semper dixi. Si *Bucerus* brevi redierit, pertraham eum mecum<sup>19</sup>. Magnopere enim interest ut mecum veniat. Sin nimis diu moretur, ex te et *Farello* consilium capiam. Hoc scribo, ut scias me non tergiversandi animo petere ut diem mihi prorogetis. Causam autem non parùm promovebit, si *totam actionem inter duas urbes*<sup>20</sup> nobis perscribas, non ut patronus alterius partis, sed ut historicus.

<sup>11</sup> Lettre qu'il faut attribuer à *Laurent Maigret* surnommé le Magnifique, et non au poète *Salmon Macrin* (Page 151, n. 3).

<sup>12</sup> La première rédaction de la lettre du 23 mai à François I porte le caractère du style de Mélancthon (Voy. Mel. Epp. IV, 327).

<sup>13</sup> Après la réception de la lettre de Farel mentionnée plus haut (note 9) et des autres papiers, envoyés par le Conseil de Strasbourg le 13 ou le 14 mai.

<sup>14-15</sup> N° 983, renvois de note 4 et 5.

<sup>16</sup> Lors même que la lettre du 23 mai aurait été expédiée sur-le-champ par l'ambassadeur Morelet, elle ne pouvait guère parvenir à *François I* que dans les premiers jours du mois de juin. A ce moment-là, le Roi venait d'arriver à Châtellerault avec *le duc de Clèves*, et il n'était préoccupé que de lui faire le meilleur accueil possible, « voyant le dit Seigneur délibéré d'esposer *la princesse de Navarre*, sa nièce » (Chronique de François I, publiée par G. Guiffrey, p. 364). Il est donc probable qu'il ne fit pas répondre tout de suite à la lettre des Protestants. Celle des cantons évangéliques, expédiée le 25 juin, obtint une réponse datée du 31 juillet.

<sup>17</sup> Peut-être ce *Raymond* qu'il mentionne le 25 juillet.

<sup>18</sup> *Viret* développe les mêmes idées dans son *Épître consolatoire* (VI, 428-438). Mais il nous paraîtrait absolument invraisemblable, qu'il n'eût entrepris la composition de cet écrit qu'après avoir reçu la présente exhortation de Calvin. Un grand nombre d'Évangéliques français étaient en prison depuis le mois d'avril 1540. Leurs infortunes réclamaient de prompts secours, et *Viret* n'aurait pas attendu une année entière avant de les consoler. Au reste, *Calvin* ignorait peut-être l'existence de la susdite *Épître*.

*De Comitibus* intelliges ex meis ad *Farellum* literis <sup>21</sup>, quas tecum jussi communicare. Heri accepi a *Bucero* literas <sup>22</sup>, quibus significat id quod semper divinaveram, *nostros* auxilia negare *Cæsari*, nisi pax sibi constitueretur <sup>23</sup>. Itaque *Cæsarem* rediisse ad priorem consultationem <sup>24</sup>; adversarios bis inter se contulisse; majorem partem insanire non modò contra nos, sed etiam contra *Cæsarem*, qui tantam nobis humanitatem exhiberet <sup>25</sup>. Sed Dominus illo furore abutetur, ut boni reddantur nobis aequiores.

Nomen *Wendelini* ut in tuto sit, omni studio, cura, industria contende et effice <sup>26</sup>. Res tibi non erit difficilis, cum habiturus sis Senatum satis propensum. Summa est 48. florenorum. Mitto ejus literas, unde convincas *ipsum* <sup>27</sup> esse *Wendelino* obæratum. Eas diligenter servabis. Ubi monueris quid opus sit, meliùs te instruemus. His literis *Sonerio* et *Joanni Girardo* respondeo <sup>28</sup>. Neque enim operæ pretium est eadem sæpiùs repetere. Vale, optime et integerrime frater. Argent. 12. Jul. 1541.

JOANNES CALVINUS tuus.

<sup>19</sup> Scil. *Genevam*.

<sup>20</sup> Le procès entre Genève et Berne.

<sup>21</sup> Voyez le N° 1008.

<sup>22</sup> Elle n'a pas été conservée.

<sup>23</sup> Les subsides demandés par l'Empereur étaient destinés à soutenir la guerre contre les Turcs (N°s 957, n. 29-30; 1008, n. 13).

<sup>24</sup> C'est-à-dire, aux tentatives de conciliation entre les deux Églises (N° 1008, après le renvoi de n. 13).

<sup>25</sup> Nous lisons dans un auteur contemporain : « *Decreta Comitiorum* in causa Religionis talia fuerant, ut ab iis Imperii Ordinibus qui se *Protestantes* appellabant, haudquaquam admitterentur. Quare *Imperator* clanculum mitiorem declarationem, quò in expeditionem contra *Turcam* consentirent, tradere coactus fuit, atque se subducens in Italiam abiit. Ecclesiastici, mox ut de dicta declaratione certiores facti fuerunt, cœperunt apud *Granvellanum* vociferari, et conqueri proditam Religionem, et impiè ab Imperatore factum. Is verò nihil se scire respondebat, et ad Principem [*Fridericum*] remittebat, qui prorsus ea de re ne cogitarat quidem. Sed quod scriptum fuerat, infectum fieri nequirit » (Huberti Thomæ Leodii *Annales Palatini*. Francofurti, 1665, p. 245-246).

<sup>26</sup> L'imprimeur strasbourgeois *Wendelin Rihel* avait à Genève un débiteur récalcitrant.

<sup>27</sup> Le débiteur en question était peut-être *Michel du Bois* (VI, 255).

<sup>28</sup> *Antoine Saunier* et *Jean Girard* (n. 4) avaient donc écrit à Calvin. Il ne reste point de lettres signées *Ant. Sonerius* ou *Joannes Girardus*. Celles de Saunier que nous avons publiées (II, 448-455; III, 80-84) ont pour signature le pseudonyme *Adamus*.

## 1012

MARTIN FRECHT à Jean Calvin, à Strasbourg.

D'Ulm, 14 juillet 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 109. Calv. Opp.  
Brunsvigæ, XI, 254.

Salutem in Domino, Calvine, frater venerande. Si salvus domum rediens isthic salva quæque reperisti, est quod gaudens congratuler tibi. Nos, Dei gratia, hic valemus ita ut *coràm* vidisti<sup>1</sup>. Nisi quòd interea tuis etiam caruimus literis, id quod valere nostrum nonnihil gravat. *Bucerus noster* 5 Julii ad me, sed laconicè satis, scripsit ut cui nimium sit negociorum et turbarum. Heri omnium brevissimè cum *hisce fratribus exulibus* scripsit<sup>2</sup>, pollicitus tamen se brevi perscripturum ad me satis diligenter, præsertim de articulis conciliatis et non conciliatis. Fortè hoc nunc ad vos cum *harum latoribus*<sup>3</sup> scribit. Obsecro, quantum per ocium tibi licebit, ad me sæpe scribere non graveris. *Mussitant quidam Calvinum et Frechtum Ratisponæ magis solitos βουζυρηζειν ἢ φιλίππιζειν*<sup>4</sup>. *Utrumque*<sup>5</sup>

<sup>1</sup> En retournant à Strasbourg, Calvin s'était arrêté à Ulm le 20 juin (N° 1007).

<sup>2. 3. 7</sup> Nous avons lieu de croire que c'étaient des exilés de Metz. Les nouveaux éditeurs des *Calvini Opera*, XI, 254, n. 1, disent, au contraire : « Ratisbonam venerant ex Gallia auxilium imploraturi, et nunc in patriam redibant. » Ratisbonne était bien loin pour des Évangéliques du Dauphiné et de la Provence. Ne leur suffisait-il pas de s'adresser à Viret, plus rapproché d'eux, ou à Farel? Nous avons vu, au 6 mai, que celui-ci avait amené quelques Français avec lui à Bâle, mais qu'il ne poursuivit pas son voyage au delà de Strasbourg, parce que l'affaire qui l'y avait conduit était remise en bonnes mains (N°s 972, 973, 979). De plus, Calvin ne dit pas un mot de ces Français, qui auraient dû cependant se trouver près de lui aux environs du 29 mai. Les exules en question étaient donc probablement des Messins, qui avaient accompagné ou rejoint à Ratisbonne le Dr Brunon, député de la ville de Metz (Voy. la n. 14).

<sup>4</sup> Cette phrase est soulignée dans l'original; ainsi que les mots *modeste de magnis ingeniis judicandum esse*, qu'on lit un peu plus loin.

<sup>5</sup> Bucer et Philippe Mélanchthon.

*meritò colimus et veneramur : etsi interdum à nonnullis quorundam consiliis et discursibus dissentiamus, amanter tamen et salva veritate<sup>6</sup>, quæ et istuc nos docet ut in judiciis non simus precipites. Bene ille monuit modestè de magnis ingeniis judicandum esse. Sed quid memorem ego moneo et occupatum meis nugis occupatiorem reddo ?*

Ita abituriere *isti fratres*<sup>7</sup>, ut nunc neque pluribus tecum neque paucis cum observandis dominis et fratribus tuis collegis, D. *Capitone*, D. *Hedione*, *Bedroto* et *Sturmio* agere potuerim : quibus enixè oro, me officiosè commendes et simul excuses de silentio. Nostri chariss.[imos] *symmyst.[as]*<sup>8</sup> et vos omnes salvos cupiunt, imprimis M. *Johannes Bernhard[us]*<sup>9</sup>. Scis quid in memoriali dato tibi injunxerim, præsertim de *annotationibus Buceri in Malachiam*, à stipendiato aliquo *Ulmensi* describendis et maturè mihi mittendis<sup>10</sup>; præterea, quæ typographus vester *Crato*<sup>11</sup> recens (*sic*) excudit, *Philippica* maximè. Mirum ignavos nostros bibliopolas aut nihil aut parùm quod apud vos excuditur, huc adferri curare et vendere. Bene vale cum honesta *tua uxore* et omnibus nostri amantibus. Et mea costa<sup>12</sup> tuam salvam cupit. Raptim. Ulmæ, 14 Julii 1541.

T.[uus] ex animo M. FRECHTUS.

*Fratres illos nolui*<sup>13</sup> pluribus tibi commendare, quia scio quos commendat *Bucerus*, imò ipsa pietas, tu commendatos hos maximè habes<sup>14</sup>. *Cesar* (quod *Bucerus* adposuit) molitur abitionem<sup>15</sup>.

<sup>6</sup> Dans l'édition de Brunswick : *virtute*.

<sup>8</sup> Ibidem : Nostri *carissimi symmystæ*.

<sup>9</sup> *Jean Bernhard*, pasteur à Ulm (Voy. C. Th. Keim. Die Reformation der Reichsstadt Ulm, 1851, p. 299).

<sup>10</sup> Il s'agissait de faire copier des notes prises aux leçons de Bucer à Strasbourg.

<sup>11</sup> *Crato Mylius*, imprimeur strasbourgeois (V, 247; VI, 130), avait publié en mars 1541 les *Melanchthonis Declamationes*, gros volume in-4°.

<sup>12</sup> Luther se servait volontiers de cette expression, pour désigner sa femme *Catherine de Bora*.

<sup>13</sup> Dans l'édition de Brunswick : *volui*.

<sup>14</sup> Des fugitifs de Metz, arrivés à Ratisbonne depuis le départ de *Calvin*, pouvaient très bien lui être recommandés par *Bucer*. Mais l'on ne s'expliquerait pas que des Évangéliques français fussent venus jusqu'à Ratisbonne, plus d'un mois après l'intervention des Protestants (N° 983). Ils auraient appris, en effet, à Genève, à Neuchâtel, à Berne, à Bâle et à Strasbourg, que leurs frères de Suisse et d'Allemagne avaient déjà tenté pour eux tout ce qui était possible.

<sup>15</sup> L'Empereur allait se rendre en Italie, d'où il partit pour sa malheureuse expédition d'Alger.



(*Inscriptio* :) Egrediè pio, docto et integro D. J. Calvino, Argentinensis ecclesie Doctori, Domino et fratri suo venerando. Strasspurg.

## 1013

M. BUCER aux Pasteurs et Professeurs de Strasbourg<sup>1</sup>.  
De Ratisbonne, 16 juillet 1541.

Inédite. Copie contempor.<sup>2</sup> Bibl. de St.-Gall. Communiquée par M. le D<sup>r</sup> J. Dierauer, bibliothécaire.

S. D. Tandem videntur extrema *Comitiarum* adparere. *Imperator* enim constituit 24 hujus abire, quamquam pro more suo facturus sit. si adiciat 8 vel 10 ad minimum. Tamen quia militem conduxit, forsan non differet eum frustra diu alere. Proficiscuntur verò in *Aphricam*. Nam infestant hispanica littora *Mauri Numidie*, ubi regnat *Barbarossa*. Habet is urbem magnam *Algeram*, qua capta patebit *Cæsari* omnis *Aphrica* usque in *Cyrenaicam*, postquam tributarios habet reges *Fese* et *Tuneti*<sup>3</sup>. *Ibit ergo Imperator rectà, Algera devicta, Alexandriam, Ægyptumque sibi subjiciet et Syriam. Tum se jungens cum Indis et Persis, profligabit ex Asia Turcos, inde etiam ex Europa. Postea convertentis, dante Domino, Persas ad religionem Christi et restituemus hanc in tota Aphrica, Asia et Europa.*

De religione *Imperator* profectò libenter nos juvisset : id, sicut perpetua actione, ita et in fine reipsa demonstrat<sup>4</sup>. Verùm nos de ejus voluntate diffisi, non occurrimus ut oportebat. Et quidam

<sup>1</sup> Elle est ainsi adressée : à Bédrot, pour lui et ses collègues.

<sup>2</sup> Cette copie, écrite par Martin Frecht, est incluse dans la lettre qu'il écrivit à S. Grynæus le 23 juillet.

<sup>3</sup> Nous doutons qu'il y eût alors au Maroc un « roi de *Fez* » tributaire de l'Empereur. Mais l'on sait que Charles-Quint, après avoir expulsé de *Tunis* le pirate *Barberousse* (1535), y rétablit, moyennant un tribut annuel, l'ancien dey *Muley-Hassan*.

<sup>4</sup> Si le rusé *Granvelle*, qui réalisait et parfois perfectionnait avec tant d'habileté la politique de *Charles-Quint*, avait pu lire la lettre de Bucer,

nostrum videntur pacem non optare. Itaque dum in se solum *Imperator* totum onus suscipere ausus non fuit, propter *Pontificem*, retulit causam ad Status : ubi vicerunt mali, ut causa omnis ad legatum *Contarenum* antea referretur, et ejus præjudicium audiretur<sup>5</sup>. Id *Imperator* ægrè fecit, sed fecit tamen. *Legatus* autem omnia ad Concilium revocat<sup>6</sup>.

Tamen *Imperator*, accepto responso *Legati*, proposuit Statibus, videri sibi, ut conciliati articuli ubique recipiantur<sup>7</sup>. Id volunt et tres Electores : *Marchio*, *Palatinus* et *Coloniensis*. *Moguntinus* est

il aurait sans doute été satisfait de voir son maître jugé si favorablement par un protestant. *Bucer* vantera, plus loin, *Imperatoris optimum studium*. *Luther* était plus perspicace.

<sup>5</sup> On lit l'observation suivante, fol. x 7, verso, des *Actes de la Journée impériale* publiés par *Calvin* : « En cest affaire quasi tous les princes naturels et héréditaires, tant Électeurs, comme aultres, eussent bien esté de cest opinion, que sans enquerir plus oultre, on eust commencé à réformer l'Église, en recepvant les articles qui avoyent esté accordez... Pareillement aucuns des Évesques estoient bien contens que cela se feist, et principalement l'Archevesque de *Coullongne*, qui est électeur. Mais pource qu'en la journée de *Haguenau*, il avoit esté dict que, devant que rien conclurre..., on communicqueroit au *Légat du Pape* les choses qui auroyent esté traitées, — ceulx qui ne demandoient qu'à reculler, prendrent ceste couleur de suyvre l'arrest qu'on avoit fait une fois : c'est, que on onyst premièrement l'opinion du *Légat*, après qu'il auroit veu le Livre et les articles. Combien, à la vérité, que ceste concorde de *Haguenau* n'estoit point une assemblée vraye ne légitime de l'Empire ; car le roy *Ferdinand* avoit seulement consulté avecque les princes... catholiques, sans donner lieu aux princes protestans... »

<sup>6</sup> *Calvin* (o. c. fol. x 8, verso) dit, à propos de la réponse de l'Empereur aux États catholiques : « Par ceste response... on peult veoir, qu'il eust mieux aymé une résolution plus certaine ; car il prévoyoit bien, puis que le *Légat* s'entremettoit de l'affaire, que ce seroit pour tout troubler et renverser, ou pour le moins que cela donneroit grand empeschement, que la chose ne seroit si tost, ne si paisiblement, ne si bien vuidée. »

Le 12 juillet, le légat *Contarini* répondit séparément à l'Empereur et aux Évêques, en formulant son avis sur le livre de *Ratisbonne* amendé par les *collocutores* (Mel. Epp. IV, 506, 507). On lit dans sa réponse à l'Empereur : « Nous disons, tout bien espeluché et considéré : Puis que les *Protestans* en plusieurs articles se deppartent du commun consentement de l'Église catholique (esquelz toutesfois nous ne désespérons que quelque jour, Dieu aydant, ilz ne s'accordent avec nous), il ne fault pas procéder ny rien arrester sur tout le reste, ains que le tout se doit remettre au Pape et au siège Apostolicque. Or le saint Père, en ce *Concile* qui sera célébré bien tost, ou par aultre moyen plus convenable, si la chose le requiert,...

diabolus nocentissimus. *Trevirensis cancellarius*, nihil. In concilio Principum plerique doctrinam, integrum sacramentum et conjugium expetunt<sup>7</sup>. *Wilhelm*<sup>8</sup>, cum majore parte hujus concilii, decreto Augustano inheret et edicto Wormaciensi.

Nos conciliatos articulos recepinus. Qui verò conciliati sint, videbitis in libro quem mitto, qui est doctoris *Joannis Metensis*<sup>10</sup>. Velim enim statim imprimi : adjiciam interpretationes, que subjiciuntur<sup>11</sup>. Nam prevenire necesse est eos qui, ut vereor, iniquas et *Imperatoris* optimo studio indignas interpretationes edent. Articulos à nobis oblatos<sup>12</sup>, si nunc non possum, mittam tamen statim.

pourra définir et ordonner ce qu'il verra estre expédient... » (Calvin, o. c. fol. r 1.)

<sup>7</sup> « L'Advis de l'Empereur pour accorder les différens de la Religion, et commencer à faire quelque réformation, présenté [le 12 juillet] aux Électeurs, Princes et tous Estatz de l'Empire, pour en délibérer, » renferme ce passage important : « Il semble à l'Empereur de mettre en consultation, s'il sera bon, que... les articles qui sont accordez entre les colloqueurs de l'une et l'autre partie soyent receuz comme chrestiens, et qu'ilz ne soyent plus révoquez en dispute, et ce à tout le moins jusques au Concile général... » (Voy. le texte allemand dans les *Mel. Epp.* IV, 510.) *Calvin* (o. c. fol. z 6) fait suivre cette pièce de la réflexion suivante : « Par ceste response on peult veoir, qu'il n'a pas tenu à l'Empereur qu'on ne soit venu à quelque bonne entrée de concorde, sans s'en attendre, ny au Pape, ny aux Cardinaulx, ny à toute sa séquelle. Et de faict il pouvoit considérer trois choses, lesquelles le devoient bien esmonvoir à cela. Car il n'est à doubter qu'il ne soit assez adverty, que la doctrine chrestienne a esté fort obscurcie et corrompue... La seconde raison est, qu'il voyoit les *vrais princes d'Allemagne* quasi tous enclins à cela... Tiercement, l'Empereur voyoit quelle fiance il y a au Pape, si on se reposoit sur luy ; car il aymeroit mieux que dix *Allemaignes* fussent rasées, que sa tyrannie fust diminuée en sorte que ce soit... »

<sup>8</sup> Il manque un mot après *doctrinam* : on peut le suppléer en sous-entendant *nostram*, puisqu'il est parlé ensuite de la communion sous les deux espèces et du mariage [des prêtres].

<sup>9</sup> Le duc *Guillaume de Bavière*.

<sup>10</sup> *Jean-Brunon Nidbrucker*, appelé souvent *Jean Brunon* ou le Docteur *Brunon*, ou encore *Jean de Metz*, parce qu'il était député de Metz à la Diète impériale.

<sup>11</sup> Nous verrons au mois d'août *Bucer* tout occupé de l'impression des Actes du Colloque, et empêché par cette raison d'accompagner *Calvin* à Genève.

<sup>12</sup> Par ces mots *Bucer* désigne probablement les remarques faites sur le livre de *Ratisbonne* par les *collocutores* évangéliques, et le Mémoire que composa *Mélanchon* sur la réformation des abus et présenta à l'Empereur le 17 ou le 18 juillet (*Mel. Epp.* IV, 542-552. — *Calv. Opp.* V, 617-628).

Solvi *Comitiâ* ante tres septimanas non expecto, aut duas septimanas. Ratisponæ, 16 Julii 1541.

M. B.

(*Inscriptio* :) Bedroto pro se et collegis.

## 1014

PIERRE TOUSSAIN à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Montbéliard, 20 juillet (1541<sup>1</sup>).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. *Calvini Opera*.  
Brunsvigæ, XI, 256.

S. Si putassem te istuc reversum esse, non omissem quin aliquid ad te literarum per nostros homines misissem. Ego multis de causis *vehementer gaudebam te esse in Comitiis*<sup>2</sup>; *sed quoniam*<sup>3</sup> *non est magna spes* (ut video) *concordiæ, et aliò vocatur Cæsar*<sup>4</sup>, *gratius ago Domino Deo, quòd nobis sanus et incolumis redieris*<sup>5</sup>. *Sed non est, frater mi in Domino Jesu observande, ut in avinuum inducas istic diutius hærere. Si janua tibi aperta non est ad Metenses*<sup>6</sup>, *Genevenses te vocant, magnoque, ut ipse vidi*<sup>7</sup>, *desyderio expec-*

<sup>1</sup> Voyez les notes 2, 4, 5, 7.

<sup>2</sup> La diète de *Ratisbonne*, et non celle de *Hagenau* (juin-juillet 1540), où *Calvin* n'avait pas été envoyé et où il ne s'était rendu quelques fois que « par manière d'esbat » (VI, 261). Le 22 juillet 1540, *Cruciger*, écrivant de *Hagenau*, mentionne *Calvin* dans le nombre des « juniores » ... « qui aliquoties huc excurrerunt » (VI, 244, note 3).

<sup>3</sup> Édition de Brunswick : *quum*.

<sup>4</sup> Voir la lettre précédente, premier §. *Charles-Quint* n'était pas présent à la diète de *Hagenau*.

<sup>5</sup> Cela pouvait se dire à propos d'un voyage de huit ou neuf jours, tel que celui de *Ratisbonne*, mais non de la course de sept ou huit lieues qu'il suffisait de faire pour se transporter de *Strasbourg* à *Hagenau* (Note 2).

<sup>6</sup> Ce passage et quelques autres que nous avons signalés dans le t. VI, marquent bien la sollicitude de *Calvin* pour *l'église de Metz*. On peut en conclure qu'il n'aurait pas hésité à la visiter, « si la porte lui eût été ouverte. »

<sup>7</sup> Le *ut ipse vidi* annonce péremptoirement que la présente lettre est de 1541. Voyez la 1<sup>re</sup> ligne du N° 981, où *Toussain* rappelle son récent voyage à *Genève*.

*tant* : quorum expectationem si fallas, non video quomodo sis coram Domino responsurus. Quare obsecro te per D. Jesum et pietatem tuam, ut primo quoque tempore ad iter accingaris.

